

V I T A  
P. GASPARIS  
D R V Z B I C K I,  
P O L O N I.  
S O C I E T A T I S  
I E S V.

Conscripta

Per P. DANIELEM PAWLOWSKI,  
Sacerdotem Theologum,  
*Eiusdem Societatis IESV.*

*Anno Vita Christi. 1670.*

---

C R A C O V I Æ,  
Ex Officina SCHEDELIANA S. R. M.  
Nec non Illustrissimi ac Reuerendissimi  
Episcopi Cracou: Typogr:



11302

Libenter audi (lege) facta bonorum, vt si imitari potes, cumulum tibi perpetuæ retributionis acquirant: vel si impossibilia sunt, vberius te in humilitate custodiant. *B. Petr: Damian: lib. 7. Epistolarum. Epistol: 19.*

DEVS propter magnam misericordiam suam, non reuelat aliquibus plura mysteria, vt non magis puniatur, vtpote aspernantes ea quæ didicerunt. *Theophylactus super Matth: p. 3. c. 1.*

*Comentus Grodicensis Ordinis. Thinae  
vel ss. oromen Rem 1693*

*J. Stanislaus Guetung  
Vicarius S. S. S. S.*



MAGNIFICO  
E T  
GENEROSO DOMINO,  
D. IOANNI  
DOBZICKI,

*Domino & Mecanati fauentissimo.*



Itam demortui *Patris Gasparis Druzicki*, non solū in incorrupto hactenus, post fata, corpore, ad prodigium superstitis: sed in viuida etiamnum apud complures, ne dicā apud maiorem Poloniæ Orbē recordatione, spirātis, & expiraturi nunquā: Vitam inquam, ante decennium, oculos, animosq; intuentiū in admirationem sui (*Magnis enim animis magnetica vis inest*) pertrahentem, nunc, vt par erat, post criticas, Ro-

manæ, Patriæq; censuræ prefluras,  
prælo commissam, sub magno No-  
mine Tuo, religiosis profero ex  
vmbri in lucem, & Publicum, Ma-  
gnifice ac Generose Domine. si fortè  
vltimus quispiã Cato: pri<sup>9</sup> enim vi-  
ta, quàm vita nostra Censorij Catones  
desinent. si inquam vrgenti<sup>9</sup> expo-  
stulet; quonã titulo posthuma Re-  
ligiosissimi Patris Gasparis vita,  
Prænobilẽ, & nulli in Polonijs impa-  
rẽ, Magnificæ, & Generosæ Domina-  
tionis vestra Domum subingredia-  
tur? referet ipso in limine aduenti-  
tius Cato iste, domesticum Sacræ  
Politix oraculum; *Immortales esse  
animorum nexûs; nec Fata, placitis  
Numini præiudicare factis.* Recens  
est, vt reor, Generosæ menti Tuæ,  
plurimum à Te æstimata, integer-  
rimi Patris huius erga Te, nobilif-  
simam-

simãq; Domũ Tuã prõptitudo, &  
Candor, non à niuea duntaxat ca-  
nitie, sed longè luculentiùs à radijs  
præfulgidæ probitatis, Tibi probè  
notus, atq; interdum inquilin⁹, nõ  
abiq; vberè defluentis è Coelo fau-  
stitatis affluentia, aut ad minimum  
rore, in fluenta optimæ spei transi-  
turo: *Magnorum enim hospitem etiã  
vestigia, plusquã palmaria sunt.* Plu-  
res hic alios percenserem titulos, si  
paginam implere vellem, non ani-  
mum. Illias non possũ non memi-  
nisse, quòd iam conticescente ante  
obitum linguâ, immoriens suaue  
in modum Cygnus iste, Tibi, &  
ad magna natæ Proli Tuæ, *Michae-  
li Ignatio*, nunquam à se conspecto,  
sed, quæ optimarum mentiũ per-  
spicacia est, per aliud lumẽ perspe-  
ctissimo: trienni tunc, longæuam



testamento legauerit apprecatio-  
nem, & vt vaticinari fas est, perē-  
naturam. Sumptus hic Tuos impri-  
mendæ vitæ eius impensos, reli-  
quaq; mutui nexûs argumenta  
optimè probata, haud resumo:  
resumet, concludetq; nescia con-  
clusionis Æternitas. Ego interim,  
Tibi id religioni fore non ambi-  
go, quòd è voto debitæ prom-  
ptitudinis meæ, vitam Religiosis-  
simi Patris, ad Te direxerim, Te  
inquam, qui probitate vitæ reli-  
giosos æmularis.

Magnificæ  
& Generosæ Domi-  
nationis vestræ.

*Humillimus seruus,*

DANIEL PAWLOWSKI  
Societatis IESV.

PRÆ.



# P R Æ F A T I O

## A D L E C T O R E M.

**I**nexhausta Dei nostri bonitas, pro  
connaturali indole sua, semper sui  
diffusiva, æterni torrentis instar, nul-  
lis coarctati repagulis, nunquã pro-  
manare desinit, in vniuersas quidem  
Creaturas, sed præcipuo in eas influ-  
xu, quæ ob imaginem eius in se deri-  
uatam, viciniore tãto Oceano, sunt  
riuli. Tam constans autem ac sta-  
bilis est Gratiarum eius, motus, vt nec  
horarum clepsydris, nec circulis die-  
rum, Annorumue curriculis, nec Sæ-  
culorum concludatur libramentis.  
adeo vt non vni ætati, sed omnibus,  
ad vltimam vsque desituri Orbis pe-  
riodum, singulares sibi deligat ser-  
uos **D E V S.**

Inter hos non memoriã tantum,  
sed & obtutib<sup>9</sup> nostris, perspectissim<sup>9</sup>  
extitit, Pater Gaspar Druzbecki. Vir  
non solùm inter religiosa Societatis  
Polonæ septa, opinione proborum  
communi, admodum Religiosus &

verum, apud Exteros etiam, omnium  
ferme ordinum, in Polonijs, homi-  
nes, famam probitatis, ad admirationem  
domesticus. Cuius dum vitam, impe-  
rio Præsidium, desiderio autem plu-  
rimorum, conscribere aggredior,  
præcautum Te in quibusdam, bene-  
vole Lector, apprimè volo. Non esse  
in primis mentis meæ, per ea quæ hic  
allego, præsertim quæ ex arcanis e-  
ius, repertisq; post fata, inter charta-  
rum quisquilijs aduersarijs, perferò;  
Sanctitatem boni Patris probare: me-  
rum enim Historicum, fidei humanæ  
metas non excedentem ago. Sed in  
animo est, Religiosos eiusdem Insti-  
tuti homines, breui per exemplum,  
viâ, ad similem in itinere spiritus pro-  
fectum incitare. Miraberis, non dubi-  
to, illud inter cætera; quo pacto fieri  
potuerit, vt Pater Gaspar, talia ani-  
mi sui Arcana, & singulares DEI in-  
sertam profusi, munificentias, Scriptis  
committas, ac post obitum suum, alio-  
rum in manus facile deuoluendas,  
saluo Humiliationis studio relique-  
rit

rit: cum vſitatum ſit magnis DEI ſer-  
uis, in abſcondito, iuxta imperium,  
Seruatoris, operantibus, eiufmodi nõ  
propalare ſacramenta. Sed mirari de-  
ſines; poſtquàm in contextu vitæ,  
varias eius, eaſq; ſolertes in Virtuti-  
bus, atque adeò & ipſa animi in de-  
miſſione exercitationes relegeris,  
coniiciesque facilè, cum ſpeciali ad id  
inſtinctu Numinis, fuiſſe permotum:  
præſertim quòd ea dona, ne arbitris  
quidem conſcientiæ ſuæ, niſi olim  
vni communicauerit, è cuius ore au-  
ditum; ſe, ſi Patri Gaſpari ſuperuixiſ-  
ſet, mira de eo, Orbi palam facturum  
fuiſſe. Facit etiam nonnullam eiuf-  
modi Donorum, diuinitus ei colla-  
torum coniecturam, opinionemque,  
tum conſtans apud probos, doctosq;  
fama, ac perſuaſio, de probitate illius:  
tum ſingularis quædã characteriſtica:  
Prouidentia nempe DEI vltraordi-  
naria circa corpus eius, quod in com-  
muni aliorum ſepulchro, hætenus  
perſeuerat incorruptum, non adhi-  
bitã vllã proriſus vi medicã, tum de-



niq; multorum, in maiori Polonia,  
suffragia eius apud DEVM exposcen-  
tium priuata propensio; & votiu  
ex argento anathemata in contesta-  
tionem acceptorum per eum bene-  
ficioꝝ, submitti, atque priuatim  
asseruari solita. faue igitur religioſe  
Lector ei, cui fauit, fauetq; DVS,  
eundemque Tuam intra  
ſphæram, imitare.



PRO-



PROTESTATIO,  
AUCTORIS.

Cùm. S.D.N. Vrban<sup>o</sup> Papa VIII.  
die 13. Martij, Anno 1625. De-  
cretum ediderit, idemq; cõfirmâ-  
rit die 5. Iulij, Anno 1634. quo in-  
hibuit imprimi libros, hominum, qui  
Sanctitatis, seu Martyrij famâ cele-  
bres, è vitâ migrauerint, gesta, mi-  
racula, vel reuelationes, seu quæcunq;  
beneficia, tanquam eorum intercessio-  
nibus, à DEO accepta, continentes, si-  
ne recognitione, atq; approbatione Or-  
dinarij, & quæ hacten<sup>o</sup> sine ea impres-  
sa sunt, nullo modo vult censerì appro-  
bata. Idem autem Sanctissim<sup>o</sup> die  
5. Iunij, Anno 1631. ita explicuerit;  
vt nimirum, Non admittantur Elo-  
gia Sancti, vel Beati, absolutè, &  
quæ cadunt super personam: benè tamē  
ea,

*ea, quæ cadunt supra mores, & opinio-  
nem, cum Proceſtatione in principio,  
quòd ijs nulla adſit auctoritas ab Ec-  
cleſiâ Romanâ; ſed fides tantum ſit  
penes auctorem. Huic decreto, e-  
iusque confirmationi, & declara-  
tioni, obſervantiâ, ac reuerentiâ,  
quâ par eſt, inſiſtendo, profiteor  
me haud alio ſenſu, quidquid in  
hac vita refero, accipere, & acci-  
pi ab ullo velle, quàm quo ea ſo-  
lent, quæ humanâ duntaxat aucto-  
ritate, non autem diuinâ Catho-  
licæ Romanæ Eccleſiæ, aut S.  
Sedis Apoſtolicæ, nituntur.*

DANIEL PAWLOWSKI

Societatis IESU.

FA-

F A C U L T A S.

R. PATRIS PROVINCIALIS.

Cùm Vitam Patris, piæ memo-  
riæ, Gasparis Druzbecki, à Pa-  
tre Daniele Pawłowski, Societa-  
tis nostræ Sacerdote, conscriptã,  
designati ex eadẽ Societate Patres,  
Romæ, & in Polonia recognoue-  
rint, atq; in lucẽ edi posse censue-  
rint. Ego Alexander Lorencovic, So-  
cietatis IESV, per Prouinciam Polo-  
niæ Prouincialis, potestate, ab Admo-  
dum Reuerendo Patre Nostro, Ioanne  
Paulo Oliua, Præposito Generali, mi-  
hi factâ, eandẽ vitam typis vulgari  
permitto. In cuius rei fidem, has  
manu propriâ subscriptas, sigilloq;  
munitas dedi. Cracouiæ. 27. A-  
prilis. 1670.

Alexander Lorencovic, Præpositus  
Prouincialis Societatis IESV,  
per Poloniam mp.AP-



APPROBATIO,  
CENSORIS ORDINARIII.

Vita Admodum Reuerendi Patris Gasparis Druzicki Societatis IESV, Viri pietate, & doctrinâ eximij, atque in Orbe Polono clarissimi, conscripta bono & pio zelo, à Reuerendo Admodum Patre Daniele Pawtonski, eiusdem Societatis Theologo, & huius facultatis Professore, cum nihil contineat doctrinæ Catholicae, bonis moribus, & decretis Apostolicis contrarium, permitto, ut in lucem edatur. Anno Domini 1670. die 10. Julij.

HYACINTHVS LIBERIVS, S.T.D.  
Prepositus Ecclesie Ss. Corporis Christi,  
Canonicorum Regularium: in Diocesi  
Cracouiensi Ordinarius librorum  
Censor.

IN-



# I N D E X,

## C A P I T U M.

CAPVT I. *Vita P. Gasparis in saeculo  
transacta, & ingressus in Societatem*  
pag: 1.

CAPVT II. *Via Domini, quibus P.  
Gasparem duxit DEVS ad perfectionem,  
in Religioso statu, per annos 20. prio-  
res. pag. 12.*

CAPVT III. *Reuelatio quadam, & do-  
num DEI speciale, Confirmationis in gra-  
tia, P. Gaspari diuinitus concessū p. 29.*

CAPVT IV. *Alia singularia dona P.  
Gaspari de manu DEI collata. pag. 39.*

CAPVT V. *Prouincialatus P. Gaspa-  
ris. pag. 71.*

CAPVT VI. *Recloratus P. Gasparis  
pag. 94.*

CAPVT VII. *Concionatoris munus, &  
donum Prophetia P. Gasparis. pag. 103.*

CAPVT VIII. *Modus à P. Gaspare ob-  
seruatus in dirigendis Proximis ad  
Statum Religiosum. pag. 120.*

CAPVT IX. *Mortificatio exterior, seu  
afflictatio proprii Corporis, adhibita à  
P. Gaspare. pag. 140.* CA.

- CAPVT X.** *Mortificatio interior P. Gasparis. pag. 168.*
- CAPVT XI.** *Humilitas P. Gaspar: p. 184.*
- CAPVT XII.** *Amor, quo P. Gaspar se-  
rebatur in DEVM, & proximum. p. 197.*
- CAPVT XIII.** *Affectus, & cultus, quo  
P. Gaspar prosequabatur B. V. & alios  
Sanctos. pag. 216.*
- CAPVT XIV.** *Priuata quadam Festa,  
ex deuotione à P. Gaspare celebrata.  
pag. 236.*
- CAPVT XV.** *Orationis, & contempla-  
tionis studium, Reflexiuæque vita P.  
Gasparis. pag. 253.*
- CAPVT XVI.** *Animabus Purgatorij o-  
pitulatio, à P. Gaspare impensa p. 273.*
- CAPVT XVII.** *In ordinarijs actionibus  
nō ordinaria perfectio P. Gasparis. p. 287.*
- CAPVT XVIII.** *Opera ascetica à P. Ga-  
spare conscripta. 297.*
- CAPVT XIX.** *Preparatio ad mortē, &  
ipsa mors P. Gasparis. 305.*
- CAPVT XX.** *Ea quæ consecuta sunt  
mortē P. Gasparis. 326.*
- CAPVT XXI.** *Beneficia quædam per P.  
Gasparem, diuinitus à nonnullis obten-  
ta. pag. 336.*

C A P V T  
C A P I T V M.

*Continens Synopsim Chronologicam Vita  
Patris Gasparis.*

A N N O	A N N O
1590. natus mundo, 6. Ianuarij.	1620. Idem ibidem.
1609. natus Religio- ni, 15 Augusti.	1621. Ibidem factus Sacerdos 12. Maij.
1610. Nouitius, secun- di Anni.	1622. Tertiã probat: facit Iaroslauiz.
1611. Rhetor: studet.	1623. Philosophiam docet Lublini.
1612. Philosophiam audit Calissij.	1624. Idem ibidem.
1613. idem ibidem.	1625. Philosophiam docet Calissij, Profel- sus 4. votorum, 13.
1614. Idem ibidem.	Maij.
1615. Poesim docet Lublini.	1626. Magister Noui- tiorum Craeouiz.
1616. Rhetoricam do- cet ibidem.	1627. Idem ibidem.
1617. Rhetoricam do- cet Torunij.	1628. Idem ibidem.
1618. Theologiã audit Polnaniz.	1629. Prouincialis Po- loniz.
1619. Idem ibidem.	1630. Idem.
	1631. Idem,
	1632.



A N N O

1632. Idem.  
 1633. Rector Calissij.  
 1634. Idem ibidem  
 1635. Instructor Patrū  
 in tertio Anno.  
 1636. Cōcionator Lu  
 blini. Romā Procu-  
 rator.  
 1637. Concionat: ibidē  
 1638. Rector Ostrogij  
 1639. Idem ibid: m.  
 1640. Rector & Magi-  
 ster Nouitiorum se-  
 cundò Cracouiz.  
 1641 Idem ibidem.  
 1642. Idem ibidem.  
 1643. Idē, & Procura-  
 tor Romā secundò  
 1644. Rector Posnan:  
 1645. Idem ibidem.  
 1646. Idem, & Elector  
 Romā pro Cōgrega-  
 tione Generali oct:  
 1647. Pater spiritualis,  
 & Concionator Po-  
 snaniz.

A N N O

1648. Concionator  
 Posnaniz.  
 1649. Idem ibidem.  
 1650. P. Spiritualis, &  
 Præfekt: studiorum  
 Posnaniz.  
 1651. Prouincialis Po-  
 loniz secundò.  
 1652. Elector Romā  
 pro Congr: decima.  
 1653. Posnan: sub tēp  
 pestis manet.  
 1654. Ibid operari<sup>o</sup> Cō.  
 fessari<sup>o</sup>, exhortator.  
 1655. Idē ibidē deinde  
 Exul per Succos.  
 1656. Exul.  
 1657. Exul.  
 1658. Rector Posnan:  
 1659. Idem ibidem.  
 1660. Idem ibidem.  
 1661. Vice Prouincia-  
 lis Poloniz.  
 1662. Rector Posna-  
 niz, cui officio est  
 immortalis.

A. M.

D. G.

CAPVT I.



## CAPVT I.

*Vita Patris Gasparis in seculo  
transacta, & ingressus in So-  
cietatem.*



Itæ, & omnis no-  
stræ fortunæ, auctori  
DEO, nulla res mortali-  
um fortuita, ipsa e-  
linguis nascentium infantia, facun-  
dè satis prouidam eius loquitur Sa-  
pientiam, & natale solum, patentè  
beneficiorum eius campum præbet.

De patris itaque GASPARIS vita  
scribenti, ortus primò occurrit.  
Futurum hunc seruum DEI magnū  
maior edidit Polonia. Anno nati  
DEI, 1590. Quo anno vltimus ex  
decem primis, Societatis nostræ Pa-  
tribus, Pater Nicolaus Bobadilla  
decessit; prognosticante DEO,  
quòd primorum Patrum vestigijs  
proximè inhæsurus esset. Dies sex-  
ta Ianuarij inter Sabbatum & Do-  
minicam, seu inter extremū Sab-  
bati

*Parentes  
P. Gaspa-  
ri.*

*A submer-  
sione in  
infantia  
liberatur.*

bati, & initium Dominicæ (vt ipse, in ratione celebrandi diem Natalis sui, adnotauit) natalis illi fuit, ipso nempe Domino, è manibus Diuinae Matris suæ, eam acceptante. Parentes habuit prænobiles, in Palatinatu Posnaniensi, Petrum, & Elisabetham, à quibus cum lacte pietatem suxit, DEO per casum quendam, qui mortales persæpe ad cælum erigit, Parentes ad id vrgente: nam infans adhuc, in aquas delapsus, atque aliquot horis in iisdem profundè submersus (vt ex ore illius ipsius accepimus) prodigiosè vitæ fuit restitutus, magna scilicet DEI erga illum charitas, aquis obrui & extingui non poterat. Non erat immemor beneficij huius, & reliquorû Natales suos concernentiû, Pater Gaspar: quorannis enim dulcem reколеbat memoriam die septimâ Ianuarij, aut aliâ non impeditâ, in quem finem conscripserat Exercitium Liturgicû, de anniuersario die Natalis sui, nec non rationem celebrandi eundem diem, quâ

San-



*Et ingressus in Societatem.*

3

Sanctè obseruabat. In prædicto Exercitio ita DEVM alloquebatur.

Natus sum Domine in hunc mundum, & natus quidem cæcus, pauper, nudus peccator, adspexit lucem filius tenebrarum, diaboli mancipium, ira DEI materia. O mi vnitine DEVS, omne Bonum meum, cur antequam efficerer filius tuus per gratiam adoptionis, antequam ad-

Gratiarũ  
actio pro  
donis in  
Baptismo  
collatis.

rem hereditatem meritorum Christi, antequam implantarer Viti vera, palmes inutili, cur inquam non extinctus sum tunc casu aliquo? sed frustum istud massæ meæ inuenit gratiam coram Te, vt me viuere sineres, & Angelo Tuo custodiendum committeres Delatus deinde sum providente Te, ad Baptismi fontem, & ex eo in filium gratiæ Tuæ regeneratus, membrum Christi factus, heres gloriæ constitutus. O quàm pauper adueneram! & quàm diues reportatus sum tunc, maternisque redditus manibus, pretiosis Filij Tui meritum, tanquam monilibus ornatus. Et fuitne aliquis tunc, siue Parentum, siue assistentium, siue ipse Sacerdos, qui hoc tuum mi DEVS, beneficium in me recognoscens, fideles Tibi pro me gratias

## Vita in saeculo,

ageret? factum hoc tunc pro me an sit, nescio. Si factum, gratias ago providentiae Tuae, & nunc id totum pro me ratum habeo: si non factum, ne illud beneficiū ex mea parte careat aliquo gratitudinis debita signo; ecce nunc mi Trinitas DEVS, ex toto corde, & ex tota anime corporiq; mei virtute, ac intentione, Tibi DEO meo, per IESVM Christum, perq; Matrem eius, & ex tunc, meam pretiosissimam, ago immensas gratias. Educationis meae progressum cui acceptum feram mi DEVS Trinitas Tu nosti quibus periculis obnoxia & subiecta fuerit aetate mea illa rudis, fragilis, & nihil prater bestialem sensum sentiens, Tu membra fouebas, firmabasq; Tu vacillantes gressus ac passus tenebas, & dirigebas, Tu belluinam in me vitam decoquebas, vt ad rationalem tandem emergerem. Tu me morti vicinum, aut etiam mortuum, vivere iussisti, & deplorantibus, viuam ostendisti. Et quis pro me tunc o DEVS meus glorificauit Te? De primo vsu rationis, ibidem, in Exercitio Liturgico sic pergit. Illam verò aetatem meam sequentem, in qua

Memoria  
Gita mi-  
vacuolose  
seruata,

*Et ingressus in Societatem.*

in qua usus rationis mihi tandem illuxit,  
& deinceps luxit, qui mihi ostendit alius  
ó Domine, prater te? Et dedicavi  
ne Tibi primum usum rationis meæ,  
primitiasq; discretionis, ac humana li-  
bertatis meæ? fieri id potuit. fuisse ne-  
scio. vellem fecisse: dignum enim erat,  
vt ex tunc, Te DEVM, Conditorẽ meum,  
totã omnitudine essentia meã  
amarem, adorarem, laudarem, subdi-  
tum me profiterer ac subiectionis tribu-  
tum cum timore & amore adferrem,  
atq; protestarer. Quod tunc factum non  
est, facio Domine in presenti, meq; Ti-  
bi nunc, pro tunc, primitiis omnibus  
actibus, atq; affectibus Te dignis,  
Tibi à me debitum, profundo, impedo, im-  
molo, sacrificio, holocaustifico, in omni-  
moda, in omni possibili puritate, inten-  
sione, circumstantia.

Pro reliquo vitæ in sæculo trans-  
actæ, DEO, in exercitijs viæ vni-  
entis, Exercitio secundo, gratum  
se ita exhibet.

Gratias agit & benedicit Tibi Domine  
ne DEVS meus anima meã, pro benefi-  
cio educationis, Tu scis Domine quibus

Primum  
rationis  
& usum

Beneficium  
educatio-  
nis.



## Vita in saeculo,

Depradi-  
cat provi-  
dentiam  
Dei.

viu gubernauerit suauissima & lactea  
prouidentia Tua, & infantiam meam, &  
pueritiam, & adolescentiam. O quam  
suauu ille fuit decursus seriei Tue super  
me, in omnibus diebus vita mea, in illa  
caecitate annorū meorum, in illo astu &  
impetu etati, quando & frenabas &  
laxabas me. O quomodo excubabas super  
me omni loco, ac si vnum solum me cura-  
res ex omnibus creaturis mundi huius!  
quomodo prouidisti mihi de bonū vt eue-  
nirent: de malū, ne obuenirent; de bo-  
nū vt discerem, caperem & tenerē ea, de  
malū, ne amarem, ne adverterem, neue  
probarem illa, vel saltem vt resilirem,  
vel deterreuer abijs. O quomodo per o-  
mnia momenta ordinasti vitam meam,  
actūq; meos, nullo vt loco consistere, nul-  
lum vt ictum oculi facerem, quem Tu non  
speciali prouidentia Tua ordināses, &  
ad bonum meum Te permisisse, mihi o-  
stendisses. Sis benedictus cum prouiden-  
tia Tua DEVS meus, ex nunc, & in  
eternum & vltra.

Ad Narales Patris Gasparis, ma-  
gni auctarij loco, appono comple-  
xionem, temperamentumque natu-

*Et ingressus in Societatem.*

7

ra optimum, à DEO illi collatum, cuius ille mentionem faciens, in Exercitio supra memorato, ita DEVM alloquitur; *Gratias agit & benedicat Tibi Domine DEVS meus anima mea, pro beneficio complexionū, & temperamentanti, quod dedisti mihi, quod quantum ex me est, mihi proportionatissimum est. ordinatum, & commensuratione debitā adeo factum, vt nec ad virtutem valde difficilis sim, neq; ad vitium valde pronus, neq; morbi obnoxius, neq; communium affectionum expers, quæ omnia sunt maxima & rara beneficia in me Tua, Domine DEVS meus, & talia, in quibus plurimorum est aliorum seges, occasioq; bonorum meorum, & beneficiorū tuorū.*

*Beneficiū complexionū.*

Adolescens iam, ad Princeps in Polona Prouincia, Collegium Posnaniense, missus, in eo non minùs pietati, quàm studijs operam dedit, atq; ita eum ætatis transegit florē, vt primigeniū pudicæ innocentia, Virginitatisq; (quod ipsè Patri cuidam, cum eo confidenter colloquens, enarravit) illæsum, vsq; ad senium conseruauerit. Non erat illi

*In Collegio Posnaniensi literis dedit operam.*

*Illæsa innocentia.*

*Vita in saeculo;*

opus, cum Diuo Augustino eluere lachrymis delicta iuuentutis, sed demirari duntaxat, dilaudareq; misericordias Domini, quæ id effecere, ne pellucidus DEI oculus, vllam in eo impuritatis notaret labē. Sic illum diuina dextera ad genuinum castimonix domicilium, Societatē IESV, deducebat, ad quam cum ei sanctas iniecisset cogitationes, reperit non reluctantem: innocens enim animus facile pulsus DEI persentiscens, eum veluti pulsū cordis, cordi habet; Hanc ille vocationem ad Societatem, inter maxima, vt reuera est, beneficia, toto vitæ decursu percensebat, eandem Pretiosissimæ Parenti acceptam referebat: sic enim in Exercitio Liturgico, pro die vocationis & Professionis conscripto, compellabat DEVM; *Obrueras me Domine, obrueras & oppreberas, Incarnationis & Redemptionis, Passionis & mortis Tuæ, pro me factis profusionibus. Verum vt ista ipsa immensa beneficia Tuæ, immensiora faceres, extraxisti me de saeculo nequam.*

*Vocatio  
ad societa-  
tem Iesu.*

*Gratiarū  
actio pro  
vocatione*

*Iussi-*



**Et ingressus in Societatem.**

Iussisti Domine vt immolarer Tibi in sacrificium plenum, & in holocaustum perenne, per vota perfectionis, super altare voluntatis, igne charitatis, vt scilicet, qui olim in primo Sacra Religionis ingressu, de manu gloriosa Virginis MARIÆ, Matris Dominaq; meae pretiosissima, suscepas me in seruum, postmodum super altare Crucis Tuae, reciperes me Tibi immolatum in holocaustum, tam pretiosa fuit, & est semper, in conspectu benignitatis Tuae, vilissima ista portio Creature Tuae, anima mea! Pro eadem vocationis gratia, in Exercitio secundo viae vniuersalis, sic DEVM alloquebatur; Gratias agit & benedicit Tibi Domine DEVS anima mea, pro beneficio status Religionis, quod vnum atq; solum, inter maximorum & infinitorum beneficiorum seriem colloco, Domine DEVS meus: nosti enim Tu, quantum boni per hoc vnum contulisti mihi, quia me in hac Sancta Religione esse fecisti. Benedicens Tibi in omnem aeternitatem omnia interiora mea, speciali laude Tua, pro speciali ista gratia Tua.

Ingressus Societatem Cracouiz

14. Augusti, Anno ab ingressu in terras DEI hominis. 1609. quo primum anno, Sanctus Fundator noster Ignatius. Beati nomen, à Sede Apostolica, cum honoribus Sacri, & Officij Diuini obtinuit, DEO sub id tempus, Patri Gaspari, intimante, eum beatam in Societate, cum Beato Parente, nactum esse vitam; Obtigit tunc illi Magister spiritus, Pater Andreas Gutteter, vir harmonia & suauitate morum compositissimus, cuius singularem in gubernandis Nouitijs industriam, miraculo comprobauit DEVS, quod Pater Gaspar in suis adnotatis in hunc sensum exscripsit; Quidam Nouitius ipso in ingressu Probationis, anathematizato Mundo, appenderat anathema, annulum aureum, ad imaginem Diuinæ Matris, quæ erat in Sacello Sancti Matthiæ, atque ad hanc aram, obsequio DEI se subarrhauerat. Non longè post, tædere eum cœpit sui statûs, improbare igitur probationem, dimissionemque expetere vrgenter instit.

*P. Andre-  
as Gutte-  
ter Magi-  
ster Tiro-  
num.*

*Et ingressus in Societatem.*

II

vit. Dissuadebat Pater pessima No-  
uitij consilia, dispellebatq; tenta-  
tionis nubem, sed refractaria præ-  
ualebat adolescentis voluntas. Quid  
igitur faceret? tentatis omnibus,  
deduxit tentatum ad imaginem il-  
lam, anathematis affixi baiulam,  
vixque aliquantum vterque orauit,  
tùm ecce res mira! annulus ille au-  
reus, sponte suâ, ab imagine resilit,  
pectusque Nouitij ferit, & in ter-  
ram cadit: cadit etiam illico ter-  
ritus ad pedes Patris Nouitius,  
mentemque mutat. Ita in DEI Pa-  
rentis æstimatione plusquam aure-  
um est, perseuerare in Societate  
IESU. Sub tanto Magistro, quan-  
tùm in studio virtutis Pater Ga-  
spar profecerit, sequens Caput ape-  
riet. Transacto Probationis bien-  
nio, Vota religiosa simplicia nun-  
cupauit 15. Augusti, in Festo Au-  
gustissimæ Virginis, in Cælos as-  
sumptæ, holocaustumq; e-  
ius secum assumentis.

*Cuiusdã  
Nouitij  
Vacilla-  
tio in So-  
ciatione à  
B. Virgine  
reprehen-  
sa.*



C A.





## C A P V T II.

*Via Domini, quibus Patrem  
Gasparem duxit DEVS ad per-  
fectionem in Religioso statu,  
per annos viginti priores.*

*Occupa-  
tio in ca-  
elo circa di-  
rectionem  
cordis.*

**V**la hæc, quâ ad cœlestem pa-  
triam pergimus, vita nempe  
nostra, ex ijs, quæ DEVS opera-  
tur in nobis, nihil admirabilius ha-  
bet, *directione cordis*, de qua Pater  
Gaspar dicere solebat; se in Cœlo  
(quod de mera DEI Optimi misera-  
tione, & ope Diuæ Matris, indubiè  
præstolabatur) post adoratam San-  
ctissimam Trinitatem, Humanita-  
temq; Christi, nec non Virginem  
Beatissimam, millionem integrum  
annorum impensurum, in inuesti-  
gandis admirabilibus modis, quos  
DEVS adhibet, in *directione cordis*.  
sicubi, hic certè ex abundantia cor-  
dis os eius loquebatur, vt colligere  
est è secretissimis, & nemini quoad  
vixit, communicatis pagellis eius,  
quibus hunc titulum præfixit. *Vie*

*Domini*

*In Religione.*

13

Domini quibus me duxit in Religioso statu, ex libello Illustrationum post mortem eius reperto, ex quibus nonnulla decerpam, verbis illius ipsius. Ita igitur ille loquitur.

Anna 1609. in prima probatione, memini me habuisse spiritum rerum omnium contemptorem.

Initio Nouitatus, dedit mihi Dominus considerationem diuinæ suæ providentiæ, & inspiravit mihi, vt me illi committerem, in assignatione officiorum, occupationum, sociorum, locorum &c. Et hunc spiritum cum magna mea quiete, consolationeque, & varia experientia, hucusque ferè semper retinui & exercui. Ibidem dedit mihi Dominus spiritum compunctio- nis & cõtemptio- nis mei plus, quin & cognitionem mei tunc accepi tantam, post quam non memini me deinceps accepisse à DEO maiorem. Ibidem dedit mihi Dominus raram erga passionem Christi deuotionem, potissimum ad mysterium flagellationis. Ibidem desiderium acquirenda

*Spiritus  
rerum om-  
nium  
contem-  
ptor.*

*Resigna-  
tio in Deo  
voluntatis*

*Compun-  
ctio & cõ-  
temptus  
sui.*

*Deuotio  
ad Christi  
passionem  
Præsentia  
Dei*

- da diuinæ semper præsentia con-  
 cepi, sed cum eam concipere non  
 scirem, immo etiam explicatè Ma-  
 gistro, non tantùm non caperem,  
 sed magis etiam confunderer, ipse  
 mihi Dominus intus exposuit, &  
 docuit. Ibidem deuotionem erga  
 Sanctissimum Sacramentum con-  
 cepi, & præsertim post communio-  
 nem cœpi, ad eiusdè inspirationes,  
 & monitiones attendere. Ibidem  
 desideria acquirendæ perfectionis  
 sentiebam tanta, vt si quando me  
 corripent, nō possem in illo quie-  
 scere. Ibidem amorem orationis  
 eiusq; frequentandæ ac prolongan-  
 dæ desideria sentiebam. Ibidem  
 dederat mihi fiducialem quandam  
 deuotionem ad Beatam Virginem,  
 apud quam exfleui, ne dicam ex-  
 torti mihi sanitatē pectoris, in quo  
 non leuiter vacillare cœperam.
- Anno 1611. Lublini in Rhetori-*  
*ca, docuit me Dominus ita in Reli-*  
*giosa domo esse viuendum, vt of-*  
*fendam toto tempore neminem.*
- Ibidem exercuit patientiam meam  
 per
- Denotio*  
*ad Ss. Sa-*  
*cramentū.*
- Desideriū*  
*perfectio-*  
*nis.*
- Amor ora-*  
*tionis.*
- Fiducia*  
*ad B. V.*
- Nullius*  
*offensa.*
- Patientia*  
*& silētiū.*



*In Religione.*

15

per quosdam. Ibidem docuit me Dominus silendum esse ex voluntate, loquendum ex necessitate.

Anno 1612. Calissij in Logica, dedit mihi Dominus affectum ad spiritualem lectionem. Ibidem

*Lectio spiritualis.*

collegi in vnum, per modum libelli, omnes doctrinas spirituales, quas in Nouitiatu, & vsque huc in religione didiceram. Eodem anno,

*Preparatio ad mortem.*

25. Decembris, accepi à DEO expectationem mortis, singulisq; diebus vnum quadrantem in ea cogitanda impendebam, durauitque

hæc expectatio in me ferme quadriennio & amplius, magno meo fructu & spiritus renouatione. Hoc

anno cœpi in tutus cilicio communicare, vel facta disciplinâ. Hoc etiam anno scripsi primas meditationes de Communionem & affectus

*Vsus mortificationis ante Communionem.*

postea usurpandos.

Anno 1613. In Physica, multum adiutus sum in spiritu, lectione libri, Patris Iacobi Alvarez, de vita religiosa, ad cuius normam mihi cōscripsi, multa ex eo accipiendo,

*Varia de-* do, vitam quotidianam. Hoc an-  
*notiones.* no cœpi Sanctissimum Sacramen-  
 tum visitare sexies in die, Beatissi-  
 mam Virginem salutare ibidem.  
 Hoc anno senti in me deuotionem  
 ad sanctos, & hîc cœpi colligere  
 Martyrologium, vt pro singulis  
 diebus Litanias haberem. Potissi-  
 mum autem ad Sanctos Doctores  
 deuotus esse, & in eorum diebus  
 communicare cœperam, deque ijs  
 Litanias mihi confeceram. Hoc  
 anno renouata est in me gratia  
 agnitionis, & odij mei ipsius, de  
 qua etiam scripsi tractatulum qui  
 est de cognitione & humiliatione.  
 Hoc anno renouata est in me effi-  
 caciùs quàm ante, cupiditas habendi  
 semper ob oculos DEVM præse-  
 tem, de qua re scripsi meditationes  
 pro tota hebdomada.

*Odium  
 suscipio.*

Anno 1614. In Metaphysica  
 cœpi Euangelia Dominicarum Cõ-  
 munioni applicare, & cœpi medi-  
 tationes de Dominicis adnotare.  
 Hoc anno magnum amorem & ex-  
 stimationem dedit mihi Dominus  
 obe-

obedientiæ, de qua scripsi Tractatum. Hoc anno dedit mihi Dominus amorem æternæ Sapientiæ, desideriumque magnū, vt minister eius esse possem, scripsi de illa Officium, & Hymnos aliquot. Ad Beatam Virginem etiam fui deuotus, sub nomine Matris Æternæ Sapientiæ. Hoc anno scrupulis laboraui, & feci confessionem totius vitæ in Religione actæ. Hoc anno feci disciplinam per Quadragesimā, ad sanguinem, singulis diebus, deuotionemque ad Christi passionē, in me auctam sensi.

*Amor æterna sapientia.*

*Scrupulis.*

*Disciplina.*

*Anno 1615.* Dum docerem Lublini Pœticam, renouata est in me mortis expectatio, & amor diuinæ prouidentia. Ibidem vocali oratione, & Litanij, plus iuuabar quàm alijs mentalibus.

*Mortis expectatio.*

*Oratio vocalis.*

*Anno 1616.* Lublini docens Rhetoricam, accepi à Domino cognitionem, & amorem vitæ communis religiosæ, de qua conscripsi Tractatum. Renouatus est in me amor, & deuotio erga æternam Sa-

*Vita communis.*

*Innuatio spiritus.*



pietiam. Studium etiam perfectionis in me expertus sum innovari: tunc conscripsi meditationes; annuam, semestrem, hebdomadariam, diurnam &c. Hoc anno cœpi colligere, sub tempora Collectionis, puncta, super quæ postea toto semestri, facerem Examen particulare.

*Puritas.* Anno 1617. Thorunij in Rhetorica, amorem puritatis mihi Dominus donavit. Ibidem habui in me resignationē plenam, pro Domino meo etiam moriendi, hancque resolutionem practicē semel in quadam occasione habui. Hoc anno docuit me Dominus vsum passionis suæ. Hoc anno scripsi Tractatum de Indifferentia, de fervore spiritus, considerationes de Sacerdotio, Hymnos de æterna Sapiētia.

*Resolutio  
ad moriendum.*

Anno 1618. Posnaniæ primo anno Theologiæ, scripsi verum IESU socium, Tractatum de consideratione practica, anni novi suppetias, & Faculam. Hoc anno didici DEVM amare, & de peccatis dolere, scripsi

*Amor  
Dei.*

scripſique actum contritionis. Magnas DEI prouidentias expertus ſum, magnamq; fiduciam in DEVM, & dilectionem eius concepi. Vitã Patris Iosephi Anchieta, multum ad pietatem ſum adiutus, præfertim ad vſum, & memoriã præſentiæ diuinæ. Acquiſiui amicum, qui mihi poſtea magnorum DEI donorum fuit occaſio.

*Anno 1619.* Secundo anno Theologiæ, amorem orationis accepi. Conceptus de Paſſione Domini colligere cœpi. Coronã vulnerum Chriſti vti, & eam ad varias alias deuotiones applicare cœpi. Adulatorem Diuinum conſcripſi. Proteſtationes facere didici. Coronas humiliatiõnis, amoris &c. vſurpare cœpi. Adiutus ſum Mineris Seraphicis Salutij.

*Coronã  
vulnerũ  
Chriſti.*

*Coronabũ  
humiliatiõ-  
nis & a-  
moris.*

*Anno 1620.* Tertio anno Theologiæ, pietatem in mortuos dedit mihi Dominus. Tractatum de Collectione, & Meditationes de Paſſione Domini, iuxta triplicem viam, conſcripſi. Hoc etiam anno ne-

*Pietas in  
deſunctos.*

cessitatem GratiaE DEI, & dignitate, vsumque GratiaE Diuinæ, penetraui, & didici. Hoc anno, magno meo bono, magnâ miseratione diuinâ, feci Confessionem generalem totius vitæ religiosæ, 14. Nouembris. Hoc anno, Litanias de S. Ignatio, conscripsi. Hoc anno, deuotione erga Sanctissimam Trinitatem didici. Hoc anno, proluisionem contemplatiuam à DEO accepi. Hoc anno, dedit mihi DEVS, vel potius extorsit à me amorē paupertatis; Hoc anno, docuit me DEVS, pondus sensualitati detrahere.

*Donū con  
deplationis  
inchoata*

Anno 1621. Quarto anno Theologiae, dedit mihi Dominus deuotionem erga Sanctissimam VirgineMARIAM, sub titulo Hæredis, & Pretiosissimæ Parentis. Hoc anno, cœpi colligere gratias, illustrationes, & deuotiones diuinas, adnotareque in libro certo. Hoc anno, ex occasione commentariorum Patris Salazar, lectorum, multum hausi deuotionis, æstimationisq; B. V. & ex tunc cœpi ea solū à

*B. Virgo  
pretiosissi-  
ma*



*In Religione.*

21

DEO petere, quæ Pretiosissima Pa-  
rens à DEO mihi postulauit, cuius  
orationis maximos, & mirabiles  
effectus in me sensi, plurima enim  
& maximè vtilia animæ meæ Bona,  
à DEO obtinui. Hoc anno, Sacer-  
dos sum factus, Contulit mihi DEVS  
magnum zelum animarū. Gra-  
tiam adiuuandi eos, qui sunt in pec-  
catis carnalibus. Gratiam etiam,  
puritatis. Dedit mihi DEVS gra-  
tiam confitendi benè: Gratiã pe-  
tendi facultates: magnam animæ  
corporisq; pacem, quietudinem  
passionum, & dominatum in eas  
ferè ordinarium & potestatiuum.  
Dedit mihi Dominus amorem o-  
mnium, vt amarem omnes, & a-  
marer ab omnibus, animumq; o-  
mnibus euentis celsiorem, & imper-  
turbabilem. Dedit mihi Dominus  
notitiam Christi, de qua Tractatū  
conscripsi, magno meo Bono, &  
illuminatione internâ. Dedit mi-  
hi Dominus gratiam concionandi  
utiliter, ad cor audientium, & ex-  
pertus sum aliquoties postea in con-

*Zelus ani-  
marum*

*Animi &  
corporis  
pax.*

*Notitia  
Christi.*

ENCUM  
ANIMARUM

sessionibus. Dedit mihi Dominus aliquas animas, in quibus deuotionem erga Sanctissimam Virginem, secundum votum meum promouit. Hoc etiam anno, dedit mihi Dominus æstimationem suæ adorandæ voluntatis, sed ampliorem gratiam de hac re, postea accepi Cracouiæ, eodem anno, vbi etiam expertus sum, directas fuisse à DEO, ad me animas multas, valdè periculosè se habentes, & afflictas. Hoc anno, cœpi in Sacro, postulare mihi, & alijs quibusdam, gratias à DEO, finales, efficaces, frequentes, Item gratiam finalis cōuersionis ad DEUM, Domini cuiusdā, inimici valdè Societati. Mortificationes Corporis hoc anno, plusquàm alijs frequentauit, totā quadragesimā, singulis diebus, disciplinam feci, interdum adiecto cilicio.

Desideriū  
Martyrij.

Anno 1622. Iaroslauiz, in tertio anno probationis, cœpi in Sacro postulare à Domino, gratiam Martyrij, vt possem fundere sanguinē pro Christo, qui pro me fudit suum,

De-

Dedit mihi Dominus spiritum, ad humilitatem, & odium meipsum propensum. Dedit mihi D E V S lumen quoddam magnum, de æstimatione diuinæ voluntatis, simulq; impulsus, vt eam solam, relictis multis alijs exercitijs directè & immediatè, in omnibus actibus meis intendam. Sub idem tempus, dedit mihi Dominus, vt essem de Societate stultorum Christi, quo in genere plura alia latent beneficia, quæ hæc societas cõplectitur. Sub idem Probationis tempus. Anno 1623. die Purificationis B. V. contulit mihi Dominus donum quoddam, meq; de illo certum postea reddidit. *Benedictus DEVS. Amen.*

*Donum con-  
firmatio-  
nis in gra-  
tia, de quo  
cap. seq.*

Anno 1623. Lublini, dum docerem Logicam dedit mihi Dominus, vel potiùs resuscitauit in me amorè æternæ Sapientiæ, docuitq; me artem, cum illa aliquomodo conuersandi, eamque concipiendi. Dedit etiam mihi Dominus pacem animi magnam, præsertim à turbis passionum. Sub idem tẽ-



*Immola-  
tio fama.* pus famam meam DEO in sacrifici-  
cium immolauit

*Amor ini-  
micorum.* Anno 1624. Lublini, dum doce-  
rem Physicam, exercuit me DEVS  
in patientia per quosdam, & in a-  
more inimicorum. Docuit me DE-  
VS, ne me immiscerē negotijs, sci-  
re pauca vellem, quæ aguntur &c.

*Expiatio  
desideriū.* Anno 1625. Calissij, in Præfe-  
cturis, sensi in me auctum affectum  
erga Pretiosissimam Parentem, no-  
titiā mei, & contemptum odium-  
que, & contemptū famæ meæ. Au-  
xit in me Dominus, deuotionem  
pro animabus Purgatorij. Sub idē  
tempus, cœpi quotidie castigare  
disciplinā, quotidianos meos dete-  
ctus, pro eorum numero.

*Affectum  
erga B. V.* Anno 1626. Die festo Conce-  
ptionis B. V. postquā consului  
DEVM, aliquot diebus, accepi B.  
V. mihi in sponsam, & aliquot  
illi tradidi in filios, & hæreditates.  
Eodem anno cœpi singulis diebus  
tres Rosarij partes absoluerē B. V.  
in singulis globulis coronæ, exer-  
cendo actum æstimationis Pretio-  
sissi-

ssimæ Parentis, super omnia DEO  
minora.

Anno 1627. Reuocaui antiquã  
meam consuetudinem, DEVM, O-  
mnibus membris corporis, omnib<sup>9</sup>  
potentijs animæ, omnibus viri-  
um mearum viribus, toto denique  
me, amare, æstimare, adorare; eãq;  
consuetudinem exercere cœpi pri-  
mò, mane surgens, ante alia opera  
mea; deinde dormitum me confe-  
rens, tertio ante sacrum, quarto in  
sacro; quinto post sacrum. Eodem  
anno, cœpi à Canticò illo, Sanctus  
Sanctus, incipiendo, Sacrum dice-  
re affectu quodam Seraphico, Cru-  
ciformi, in DEVM eleuato, cœpi  
quoq; celebrare festum dignatio-  
num IESU Christi.

*Extensio  
affectus  
erga De-  
um.*

*Affectus  
seraphicus  
& cruci-  
formis.*

Anno 1628. Inuasit me quãdam  
nocte, nouus quidam spiritus fer-  
uor, ita vt manifestè agnoscerem  
nouitatem gratiæ diuinæ, & spi-  
ritus, mutationemq; mei de te-  
pore in feruorem; cœpit quoque  
mihi dulcescere eodem anno ora-  
tio affectiua. Sensi etiam me voca-

*Feruoꝝ  
spiritus.*

ri ad actus Theologiæ mysticæ. Toto autem hoc vitæ religiosæ cursu, etsi me DEVS morbis, & affectionibus Corporis, aliquantum afflixerit, ita tamen hoc fecit, vt semper communem vitam sectari poterim hactenus, & sanus visus fuerim. Seruauit quoq; me DEVS à malis Socijs, & quando periculosas familiaritates inire cœpi, tempestiuè illas DEVS præscidit: hocquè obseruauit in me, quòd ij, qui videbantur aliàs laxi in disciplina, & mecum familiaritatem habebant, semper meliores se reddi dicrent ex mea familiaritate, & non audent mecum, immò & me præsentem, liberius agere.

*Familiaritates non sine à Deo amota.*

Nescio etiam, quomodo DEVS semper sine vlla aliorum, inuidia, & nota, ita me gubernauit, mihiq; prouidit, vt ab his officijs communibus, quæ meæ valetudini erant obfutura, eximerer. Semper insuper me DEVS in omni loco, in quo mansi, voluit, & dedit esse afflictorum, siue morbo corporis, siue



siue tentatione, siue aliter, solatiū, *Solatiū*  
& auxiliū: quod etsi non meum, *aliorum.*  
sed aliorum videretur beneficium:  
meum tamen est reuera: Hęc e-  
nim ego viā, tam multa didici, &  
cognoui in omni rerum genere pra-  
cticè, quanta vix multa lectione,  
aut tribulationum perpeffione, di-  
didiciffem. Expertus deniq; sum  
apud omnes, non solū fratres, &  
æquales, sed etiam apud superiores,  
reuerentiam, ita vt mecum semper  
maturè, circumspèctèq; se gesserint,  
& mihi confidere soliti fuerint, quā  
via multas euasi distractiones,  
aliaque.

Hęc sunt vię, quibus duxit  
DEVS Patrem Gasparem, pri-  
mis viginti, vitę religiosę annis,  
quę comparatione annorum subse-  
quentium censeri possunt, fuisse ad-  
instar statūs incipientium, vt ex ad-  
mirabilibus eius manu scriptis lu-  
minibus, & praxibus, in duplici To-  
mo relictis, colligi potest, dicti-  
tare etiam solebat ille, se eo titulo  
plurimū debere DEO, quòd iu-  
uenis

uenis non sit mortuus: insertus enim, inquiebat, fuissem caelo, velut felis excutiens. Ah! si sic oculatus, illustratusque, excutientem se opinabatur; quis videntem se arbitrabitur? Cæterum Viæ istæ Domini, non vni animaduersioni aperiunt viam. Colligi enim ex ijs potest imprimis, studia in Religione nostra, nullo esse spiritui obstaculo, beneq; cohærere posse cum studio virtutum. Deinde diuinas miserationes, non esse vni duntaxat ætati, aut tempori alligatas, sed semper præsto esse, dummodo præsto sint capacia earum subiecta. Colligi & illud potest; magnis DEI seruis id proprium esse, semper in via virtutis proficere, ac progredi, & lucis instar crescere vsq; ad perfectam diem. Sed ad alia iam DEI dona progrediendum est.



## CAPVT III.

*Reuelatio quadam, & donum  
DEI spectale, confirmationis in  
gratia, Patri Gasparo diuinitus  
concessum, decimo quarto eius,  
in Religione, Anno:*

**E**X reuelationibus, & donis spe-  
cialibus, Patri Gaspari cœlitus  
communicatis, primas tenet, Re-  
uelatio de dono confirmationis e-  
ius in Gratia; quam verbis illius  
ipsum, ex libello illustrationum e-  
ius, genuinè excerpo, estq; talis.

*ANNO 1623. 18. Ianuarij, ora-  
tū non tam mea sponte, quam ne-  
scio quo impulsu, pro obtinenda à  
DEO confirmatione in Gratia. O-  
rationis autē hic fuit ordo, & mo-  
dus. Imprimis iussus sum expende-  
re, quid, & quantum sit, cōfirma-  
ri in Gratia, quos effectus habe-  
at, &c. Secundo, sic oratū, dicendo  
in Corona Vulnerum Christi Do-  
mini has preces: Per omnem cordis  
Tui bonitatem Domine DEVS meus,  
confir-*

*Impulsus  
ad peten-  
dam con-  
firmatio-  
nem,*



*confirma me in gratia Tua. Per Vulne-  
 ra Tua dulcissime IESV, confirma me  
 in gratia Tua. Tum ad Beatam Vir-  
 ginem dixi tres Coronas. 1. Pre-  
 tiosissima Parens mea, impetra mihi cō-  
 firmationem in Gratia DEI. 2. Pre-  
 tiosissima Heres mea, impetra hereditati  
 Tua confirmationem in Gratia DEI.  
 3. Pretiosissima Hereditas mea, da fru-  
 ctum confirmationis in Gratia DEI, hæ-  
 redi Tuo. Cū hanc vltimam Coro-  
 nam finirem, absorberi à me, & in  
 lachrymas resolui aliquantulum  
 cœpi. Deinde mihi spes suborta  
 magna, de exauditione precis meæ.  
 Tandem in spiritu sensi responsum  
 mihi dari, quasi à B. Parente. Dabo  
 Tibi fructū hunc dabo, sed expectare de-  
 bes diē Purificationis meæ. Quæ verba,  
 magnā me consolatione, & fiducia,  
 atq; gaudio impleuerunt. Post hæc  
 declarata sunt ligna hominis con-  
 firmandi in Gratia, siue dispositio-  
 nes, quas DEVS præmittit in tali  
 anima, quas in me aliquomodo in-  
 esse, tunc etiā aduertī. Insuper sensi  
 in me promissionis illius alios præ-*

*Spes de e-  
 xauditione  
 precis  
 meæ,*

*Dispositio-  
 nes ad Cō-  
 firmatio-  
 nem.*

terea effectus: nam sensi me firmari in DEI seruitio, in anima reddi humiliorem, excitari in animo ad diligentiolem diuinæ dignitatis in me exaltationem. Nullam quoq; omnino sensi diminutionem sollicitudinis de salute, & perfectione mea, sed potius augmentum notavi. Hæc sūt dona, & misericordiæ DEI, quas in æternum cantabo, hæ pretiosissimæ hæreditatis meæ redditus, pro quibus illam beatam dicant omnes generationes mecum in æternum.

Die Conuersionis S. PAULI, hoc est 25. Ianuarij, feci pro ea re Sacrum, sumq; speciali, & insolito modo, in spe illud donum impetrandi, à DEO confirmatus. Die autem S. Chrysostomi, 27. Ianuarij, cùm orarem post Sacrum, claro quodam instinctu, Dominus DEVS idem donum mihi promisit, insuperq; adiecit, à se propter me liberari animam cuiusdam, qui mecum Cracouiam venerat, à pœnis purgatorij, & videbatur mihi, quòd illo ipse

*Promissio  
Confirmatio  
tione*

ipso tempore liberaretur, me poscente eam liberari, non propter me, qui canis mortuus sum, sed propter omnem Cordis Diuini bonitatem, propter omnes viscerum eius misericordias, propter passionem, & merita eius, propter B. V. & Sanctorum, ac imprimis S. Ioannis Chrysostomi, intercessionem.

Die Festo Purificationis Pretiosissimæ Parentis **MARIÆ** Virginis, in Sacro, distinctam, ex Sanctissimo Sacramento, vocem interius audiui, bis repetitam; *Confirmo te in gratia mea*, quæ voces erant simul cum reflexione, me certificante, quod essent veræ **DEI** voces. Cùm autem ego signum vellem à Domino aliquod, eius doni mihi ab illo dari, videbatur mihi, quod Dominus sileret, à me autem signum (quod mihi dari vellem) sibi proponi vellet; mihi autem, cùm attentissimè illud quærerem, nullum in mentem venit, quare permisi me Domino totum, vt ipse, si vellet, daret, & quando, & quale vellet mihi huius rei

*Ex Sanctissimo Sacramento  
20 Voces interius au-  
dita.*



rei signum. Quod quidem fecit mihi Dominus, & dedit sequenti die, 3. Februarij: nam cum ego accederem ad Sacrum, & proponerem facere Votiuam de B.V. adiectis orationibus gratiarum actorijs, in gratiarum actionem pro prædicto dono, statim ab ipso initio intus, dictum est mihi; *Hodie in hoc Sacro dabo Tibi signū Cōfirmationis in gratia.* Et statim me occupauit magna deuotio, itemq; de hoc dono obrento certitudo, neq; vnquam potui cogitare de illo postulando, sed tantum de gratijs pro illo agendis. Itaq; in eodē Sacro proposui, totū Mensem Februariū dare Domino in gratiarum actionem, ita vt quantumcunque alias intentiones habiturus essem, hoc Mense, in meis operib<sup>9</sup>, tamen illas ipsas offerrem DEO in gratiarum actionem. Itaq; signum Cōfirmationis istius, fuit mihi data deuotio, & certitudo, coniuncta solatio cuidam illuminato, & confirmante me in DEI obsequio, quæ omnia durarunt toto reliquo die.

*Reflexus  
a Fide de  
dato dono  
Confirmati-  
onis, &  
certificati-  
o*

Signum  
Data Con-  
firmatio-  
nis.

Post Sacrum verò cùm orarem, datum est quoq; mihi aliud signum eiusdem doni, scilicet dolor de peccatis, vt quidem mihi videtur, verus, quem illicò tunc sensi, breuiem quidem, & non adeò intensum, illuminatum tamen & appretiatiuū; post quem, remansit in me quædam detestatio, & auersio mentis à peccato, quam ego antehac in me non sentiebam, dolebamq; quandoque me non plenè fuisse animo auerso à peccatis. Eadem die post prandiū, cùm vellem aliqua spiritualia scribere, non potui scribere quidquam: internis enim instinctibus impellebar, vt exirem ad orandum, quod cùm fecissem, multum in ea oratione, fui, tum in prædictis punctis, tū de prædicti doni obtentione, cōfirmatus. Eadem die, in oratione pomeridiana, quam institueram ad gratias agendas pro hoc beneficio, feci resolutiones, & sensi affectus tales. 1. *Domine volo Tibi pro hoc dono seruire in aeternum seruenier.* 2. *Esse hoc donum non haberem, immo etsi nec*  
saluan-

*De Confirmatione in Gratia.*

35

*saluandus essem, vellem nihilominus, & volo Tibi in aeternum seruire seruentissime. 3. Quamuis sciam me confirmatū in gratia Tua, volo tamen in aeternum quotidie Tibi seruentius seruire, & nullatenus hoc nomine. in Tuo seruitio tepescere. Sequenti die ante Sacram iustus sum, & præmonitus, statim Sacro finito in separatum locum, ire, quod feci, & dedit mihi Dominus pignus, & signum primum prædictum, prædictæ item gratiæ, scilicet dolorem de peccatis meis omnibus, talem, qualē habuisse me scio, sed explicare verbis non possum. hoc scio, talem fuisse, qualem nec diabolus, nec ineus naturalis, siue humanus spiritus excitare possunt sed fuisse solius DEI opus: nõ tantum quia fuit dolor de peccatis, sed quia fuit purus, sincerus, & verus, rationalis magis, quàm dulcis, paratum me faciens in infernum ruere, modò salua, & integra esset, DEI Bonitas, Dignitas, Maiestas, & morositas. Accedit quòd in eò affectu appretiatiui doloris, diceba-*

*Signum  
peculiarè  
data Con-  
firmatio-  
ni in gra-  
tia.*



tur mihi distinctè non semel; vide iam, an iste dolor, & hi affectus sint tui, sint tuarum virium, sint naturales? Et manifestè videbam non esse naturales, nec meos sed DEI. Itèm dicebatur mihi; cessa ab istis affectibus, si potes, si tui sunt, cessa ab eis, & reflectebam me, & cessare volebam, & non potui, immò maiores habebam, & tum demum habere desinebā, quando iam corp⁹, & pectus, ferre amplius non poterant, quæ desitio non ex mea, sed ex dantis pendebat, & procedebat, (vt reflexiue aduerti tunc) arbitrio, atq; voluntate. Præter hunc affectum detestationis peccatorū, habui eodē tempore, etiam magnos, & sublimes, de quibus hoc tantum dicere possum, quòd non fuerint mei, & non fuerint naturales, sed supernaturales, ijq; extraordinarij, qui mihi occuparunt, & excesserunt rationem, ita vt non ratione, sed affectibus regerer ipsis: tamen illi non erant suaues, ac delicati, siue teneri, sed rationales, & appetitiui

*Alia sub-  
limes ex  
dono Dei.*

*De Confirmatione in Gratia.*

37

ui DEI, humiliatiui mei, & resignatiui in omne arbitrium diuinum. Totum hoc negotium istorum affectuum omnium huius diei, durauit tanto tempore, donec Sacerdos qui mihi in Sacro successit, perfecit in suo Sacro eleuationem Calicis: hoc est fere quadrantem vnum, amplius videbar mihi affectus illos non supportatur, salua valetudine. Collatum à DEO beneficium ita appreciabat P. Gaspar, vt ingratitude suam desleret in dies, quòd DEO suo ita erga se benefico, non prout par erat, responderet. Specialiter autem faciebat memoriam beneficij huius, singulis annis, die Purificationis. B. M. V. quo tēpore effudebat se in omnes gratitudinis affectus, prout, inter secreta eius scripta reperi sub hoc titulo. *Ratio recolendi Beneficiū Februarij.* Verba eius sunt; Specialiter hoc Purificationis B. V. die, atq; etiā alijs sequentib<sup>9</sup>. 1. Impendā me recogitationi beneficij iam memorati. 2. Eius desiderio accendar. 3. spe pascar. 4. Præ-

*Memoria  
annua  
Confirmati  
onem.*

fentiã exultabo. 5. Agam gratias immensas, vel pro ipsa eius spe, multò magis (per gratiam DE 1) pro re. 6. Effundam me in omnes affectus gratitudinis, hæc vel simili ratione.

Respexisti Domine super canem mortuum, super atomum communicabilitatis

*Gratiarũ* Tue. Ecquis ego, vt priusquam me for-  
*atio Deo* māsset in vtero, nosset me, & antequam  
*pro dono* ex illo progrederer, recorderer in Tua  
*Confirmatio* aternitate, nominũ mei, formans me ex  
*tionis in* vtero seruum Tibi aternũ. Videant San-  
*Gratia-* cti Tui hanc ineffabilem dignationem  
 Tuam. Consurgant, & adorent Te Do-  
 minum DEVM meum, qui elegisti me &  
 assumpsisti, vt inhabitem in domo Tua, o-  
 mnibus diebus vita mea. Laudent Te,  
 quia complacuisti Tibi, in vilissimarum  
 Creaturarum super-vilissima. Creatura,  
 Magnificent Te, quia gratus factus est in  
 oculũ Tuũ, ex dono Bonitatis Tue, ille,  
 qui dignus erat aeterno odio iræ Tue. Su-  
 perexaltent Te, quia è massa aeterna per-  
 ditionis, ac reprobationis, secreuisti eum,  
 qui potius merito suo, eidem cum reli-  
 quis Præscitis inuoluendus erat.

Ecquis



De Confirmatione in Gratia.

39

Ecquid ego Domine? ut Tu, ab aeterno, ad salutem, & beatitudinē aeternam, praedestinares, ac eligeres me. Ecquid ego? ut praeterea ad Sanctitatem Gratia, amicitiaq; Tua admissū, in eiusdem firmissima, ac finali possessione, confirmares, & stabilires me. Ecquid deniq; ego? ut haec ipsa tanta, & omni merito meo maiora, sciam diuina prouidentia Tua secreta, & de me sancita decreta, ut occulta misericordia Tua, & abscondita a constitutione mundi iudicia Tua, in cor meum eructares! Quid aliud in me inuenio, nisi omnimoda impedimenta, & obstacula aeternae saluationis, Tua in aeternum fruitionis, Tui suauissimi complexus? Et tamen uicisti haec omnia, ineffabili bonitate Tua, praeueniendo me in benedicti onibus dulcedinis Tuae.

Prædestinationis  
beneficiū.

Et quomodo Te non exaltabo DEVM meum dignissimum salutis meae? quomodo non benedicet Tibi anima mea? quomodo non tota se euiscerabit, exinanietque in dilectionem Bonitatis, Maiestatis, & Charitatisq; Tuae. Benedictus sis Domine DEVS meus, & benedictum sit beneplacitum Tuum. Benedicant Te omnes re-

casus anime meae. Benedicat Te tota ca-  
 pacitas mea interna, & externa. Bene-  
 dicat Te omnitudo mea in omnem aeter-  
 nitatem, & vltra. Benedico Te Patrem,  
 Filium, Spiritum Sanctum, Sanctam, &  
 Indiuiduam Trinitatem, vnum DEVM.  
 Te verò Incarnatum VERBUM quo-  
 modo compeuabo? verba desiunt non so-  
 lum ore & voce, sed etiam corde & men-  
 te formidanda. factus sum extra me ipsū  
 tanti beueficij Tui super me dignatione  
 absorptus. Tunc mi IESV super huius-  
 modi peccatore dignum duxisti aperire  
 oculos Tuos? Tibi me Saluator ab æ-  
 terno cordi ego fui, vt non venirem in o-  
 bliuionem coram Te? ego nequam seruus  
 Tuus, qui prodigere parabam & solebam,  
 omnem substantiam mihi abs Te dinino-  
 humanā vitā Tuā comparatam? Tanti-  
 nē aestimasti me vilissimum mancipium,  
 immemor scelerum, ingratitude, vi-  
 litatum mearum? Qui Te (parce mi  
 IESV verbo) qui Te inquam, infasci-  
 nauit? dum amore anime meae raptus, &  
 captus, condonare mihi misericorditer o-  
 mnia mala mea, meq; ab vltimo fine, Te  
 scilicet DEO meo, excidere non permit-  
 tendum

Gratiarū  
 pro VER-  
 BO Incar-  
 nato.

De Confirmatione in Gratia.

42

rendum existimasti, atq; decreuisti? Quid Tibi faciat anima mea, tanto dignitatis Tuæ obstupescita excessu? mi IESV totus ego, tota anima mea, totum corpus meum, coram Te est, Te suspicit, Te veneratur, Tibi se prosternit, Tibi gratias agit, quantas Tu vis, & das, quoniam completa sunt in me misericordia Tuæ antiqua, qua à seculo fuerunt apud Te. Benedictus sis Domine IESV, in hac effusione bonitatis Tuæ, super me miserabilem creaturam Tuam. Benedictus sis Domine IESV, in illo primo intuitu, & respectu ad peccatricem animam meam, & cum in tota illa collectione animarum, nullam indigniorem haberes, quam respiceres, in eam tamen indignissimam respexisti. Benedictus sis in hoc triumpho bonitatis Tuæ de Te ipso, in quo tam magnificè, & gloriosè, triumphauit de Te bonitas, & misericordia Tuæ. Hos ego triumphos Tuos de Te, à Te, in Prædestinatione, & Confirmatione mei relatos, in æternum, in æternum cantabo, & glorificabo, & superexaltabo, cum electis Tuis, quia pius, quia misericors, quia bonus, & bonitas es.

Effusio sui  
totius cr-  
ga DEVM.

Ad Te



*Gratiarū* *actio B.* *Virginis* *pro dona* *Confirmati-*  
*onis.*

*Ad Te me conuerto, o MARIA BE-*  
*tissima, atq; Pretiosissima Mater, conuer-*  
*to me totū precordiorum meorum affecti-*  
*buz, totā cordū mei latitudine, toto viriū*  
*meorum, totiusq; capacitati mea conatu,*  
*atq; oculos flebiles in Te desigens, lachry-*  
*mabili voce Te compello, sensu, & affe-*  
*ctu, quo possum, Te inuoco Matrem mise-*  
*ricordia. Vnde hoc mihi, vt Mater Domi-*  
*ni mei in die humiliationū sua, coram*  
*filiabus hominum, inter quas vti vna ex*  
*illū comparuit, ageret causam exaltatio-*  
*nū seruuli sui? Vnde hoc mihi vt Mater*  
*Domini mei in Fesfo Purificationū sua,*  
*impurissimum intuita peccatorē, eum ad*  
*diuinorū secretorū, decretorūq; notitiam*  
*admitti, suis sanctissimū precibus fece-*  
*rit? Vnde hoc mihi vt Mater Domini*  
*mei, in die superadmirabilū dignationū*  
*sua, & Filij sui, diuinam quoque circa*  
*me dignationem, in aternitate factam,*  
*mihi obtineret, atq; manifestaret. Agno-*  
*sco o Domina,, Tuū id totum fletisse, in*  
*conspēctū Sanctissimæ Trinitatis, effusis*  
*precibus. Agnosco, Te id Tuū, apud dile-*  
*ctissimum Filium, vrfisse, interpellationi-*  
*buz, euicisse meritū, obtinuisse prerogati-*  
*ua*

uū. Siu benedicta in aeternum, à tota  
 Sanctissima Trinitate, Patre, & Filio, &  
 spiritu Sancto, illa Te exaltet, illa glorifi-  
 cet per me iuxta gustus sui mensuram.  
 Superest hoc vnicum, vt ad Tuos benedi-  
 cto: prostratus pedes, confirmationem Tuæ  
 super me misericordia, totâ affectus mei  
 euisceratione exposcam; vt videlicet  
 nunquam obliuiscar miserationes Tuas,  
 sed vt semper memoriam abundantia sua-  
 uitati earum, eructet anima mea, & ho-  
 locausta laudū, immolet Domino DEO,  
 & Tibi eius Matri, amoribus, & amato-  
 ribus meū aeternū: O Mater, impetra *Positiones*  
 hoc mihi suauissimū, atq; grauissimū apud *ad B. V.*  
 DEVM Filium orationibus Tuū. Impetra  
 mihi præterea profundissimam, ex hoc  
 DEI beneficio, humilitatem, & abiectio-  
 nem mei. Impetra assiduam pro illo, affe-  
 ctuosamq; gratitudinem. Impetra mihi  
 timorem sanctum, ne securitate, presump-  
 tioneq; deceptus, mihiq; in hoc DEI dono  
 malè complacens, incidam in teporem, in  
 incircumspectionem, in elationem, & in-  
 fidelitatem. Has pestes amoue à me, o  
 Virgo Deipara, vt ijs submotu, per omnia,  
 & in omnibus placeam DEO meo, Filio  
 TUO,

Tuo, ambulans coram illo corde perfecto, atq; verissimo. Hoc à Te, ó Pretiosissima Parens, spero, propter bonitatem Tuam, in qua exalteri à me, & Creaturæ omnibus, in secula seculorum, Amen.

In eiusdem beneficij memoriã, conscripserat Pater Gaspar aliquot meditationes, de præstantia huius beneficij, quas hîc referre longum esset. conscripserat quoq; orationes iaculatorias, idem beneficium concernentes, quas per dies Februarij, & alijs statis temporib; coram inflammato ingeminabat.

1. DEVS meus misericordia mea, ipse statuit supra petram pedes meos, vt non commoueat in æternum.

Orationes  
iaculato-  
ria, pro  
dono Con-  
firmationis

2. Confirmata est misericordia Domini DEI super me in æternum.

3. Gratia DEI sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non erit.

4. Optimam partem dedit mihi Dominus, qua non auferetur à me in æternũ.

5. Benedictus Dominus DEVS meus, qui non amouebit à me misericordiam suam in æternum.

6. Benedic anima mea Domino, &  
omnia



*De Confirmatione in Gratia-*  
omnia qua intra me sunt nomini sancto  
eius: quoniam coronauit me misericor-  
diâ, & miserationibus.

45

## CAPVT IV.

*Alia singularia dona, Patri Gaspari de manu DEI collata.*

**N**on esse abbreviatam, etiam  
nostris tēporib<sup>9</sup>, manū Domi-  
ni, luculenter indicant dona DEI,  
Patri Gaspari collata, quæ itidem  
ex eius libello, verbis ipsius fide-  
liter refero. ita igitur scribit.

*Ultimâ die Nouembris, anni 1622.*  
certò cognoui, Adamum Lucidem,  
qui primâ eiusdem Mensis, peste o-  
bierat, è Purgatorio liberatum, ad  
cœlum perrexisse, Solus eram, &  
iam me ad somnum parabam, cir-  
ca vndecimam fere horam noctis,  
aut duodecimam, cùm subitò inua-  
sit me compassiua cogitatio, Ada-  
mum Lucidem egere auxilio, & me  
hac die pro illo nonnisi in Sacro o-  
rasse, nec quidquâ fecisse, (quâquâ  
dixeram ad Sepulchrū eius Litanias pro

*Liberatio  
anima è  
Purgator  
rio.*

*Flagella-  
tiones pro  
defuncto.*

as pro defunctis, sed non memi-  
neram) pro anima illius. decreui  
igitur omnino, ante somnum facere  
pro ipso disciplinam, (inter hæc  
autem subnascebatur spes remota  
quædam, & obscura, eius hæc die  
liberandi) fecique vnam, quâ factâ,  
orans aliquantulum, induxi in a-  
nimum, facere & secundam, iterum  
orans feci & tertiam. Tum firma  
spes, & ferè quasi promissio, asse-  
ueratioque cuiuspiam accessit, liber-  
ratum iri à pœnis, si quinque fecissè.  
Nouus me præterea calor inuasit  
pro ipso orandi, feci quartam, ite-  
rumque feruentius præter solitum  
pro ipso oravi. Tum quintam vix  
feceram, & orare cœperam. Cùm  
subitò caligo quasi quædam, oculos  
mihi apertos, & lachrymabundos  
strinxit. Sensi autem animo, An-  
gelum quasi Adami, primò me al-  
loquentem. Ecce iam liberatur à  
pœnis, subitòque & ipsum Adamum  
adesse, non vidi quidem, sed intel-  
lexi. & sensi præsentem, cum refle-  
xione supra præsentiam eius inuisi-  
bilem

*Reuelatio  
de libera-  
tione è  
Purgato-  
rio.*

bilem, qui mihi dixit; se iam liberatum esse, vnum Mensē passum esse. **DEVS** Te, inquit, fecit instrumentum salutis meae. *Gratias tibi ago. Ero memor tui apud DEVM &c.* Duravit ea res paulò plùs, vt puto, quā **AUE MARIA.** Ego mihi videbar esse præsens, reuera tamen non omnino fui, quod aduerti tunc, quādo ad me redij; cū verò ista fierēt. reflexionem faciebam, an hæc essent verè, an verò imaginationis meræ figmenta: sed ista cogitare ab aliquo quasi prohibebam, & vera esse, credere iubebar. Volebam etiam ab istis mentem auocare, & non potui. transactis his dixi; **Te DEVM laudamus,** cum Oratione Gratiarum actoria, ac tum aduerti diem esse trigesimam mortis Adami. Præter hæc autem intellexi, eum quasi in itinere ad cælum tunc fuisse, ac à suo Angelo ad me adductū fuisse; Intellexi vnum Mensē, fuisse tantū ideo, quia peste obierat, aliàs futurum fuisse diutiùs in Purgatorio, sed **DEVM** mortis gen<sup>o</sup> inter

*Certificatio de reuelatione.*



*Mortis ge-  
nium inter  
pœnas cõ-  
putatur.*

inter pœnas computasse Hoc mihi contigit planè vigilantibus, subito, & omnino cum efficaci diuino, ad prædictas disciplinas & preces, motu, atque impulsu: paulò enim ante, eâ ipsâ nocte cogitabâ, alijs de causis facere disciplinam: Sed distuleram jam in sequentem diem, proinde non potui jam meo spiritu, & mea sponte, motuque, ad eam inclinari: jam etiam Orationes finiueram omnes, & præterea extraordinariam etiam feceram, ac finieram Orationē illâ nocte. Et denique cum tanta certitudine, vt dubitare nec in ipso reuelationis actû, etsi me reflectebam tunc, nec postea, permetterer. Et hæc est prima anima, quam scio per me, à DEO, ad æternam beatitudinem reipsa adductam, sit soli DEo gloria æterna, & infinita, qui porro augeat, & addat tales alias, aliasque in infinitum, meque tanquam mancipiò suæ adorandæ Voluntatis, vtatur ad exaltandum se, ad humiliandû me valdè, amèn. Promiseram huic fratri

fratri morituro, oraturum me pro ipso, singulis diebus, toto integro anno, data etiam manu. Promiseram illi, ut si DEO placeret, ipse autem spiritualis opis egeret, ad me etiam mortuus veniret, & necessitatem exponeret. Pro eius, dum adhuc viveret, salute, & ad perseverandum in Religione, adductione, promiseram DEO, 15. disciplinas, tantumque 8. feceram, cum ille morte etiam perseverantiam conclusit. Ante mortem, votum fecit perseverandi in Religione ad mortem, quantum in ipso esset, & praeterita proposita retractavit. miramur efficacitate, & spei firmitate, impellebar a DEO, ad orandum pro ipso, aliquando vna hora amplius, feruore quanto potui, haec tantum oravi. *Domine per omnes miserationes Tuas, da ei perseverantiam.* Semel cum illo multis horis loquens de vocationis constantia, tot tantaque, mihi DEVS, eius convincendi suggestit rationes, ut stando in rationum via, fortiores putem dari non posse. Et

D

quamuis

*Votum  
perseve-  
randi in  
Religione.*

*Singularia dona,*

quamuis nihil effeceram cum eius voluntate; feceram tamen cum intellectu, in quo se conuinci ipsemet agnoscebat. Sed nimirum DEVS sibi victoriam illam reseruàrat, ostensurus simul mihi, conuertere animas, DEI, non hominis opus esse. Quamuis Adamus ab illo sermone vim sentiens, proposuerat colloquium meum deinceps vitare omni ratione, firmaueratq; animũ in deserenda vocatione. Fecit tamen DEVS, vt non apud alium quẽquam, quàm apud me, & iuxta arbitrium meum resipisceret, morbo sapientior redditus, meq; deinceps etiam expeteret. Eiusdem fratris occasione, fecit DEVS, vt ego haberem occasionem, cum periculo vitæ meæ corporalis, ipsius vitæ spiriuali seruiendi, immò fecit, vt hoc perfuncto negotio, ego me voto, iuramentoq; Diuinæ Maiestati obstringerem, ministrandi ad vltimum Spiritum, Fratribus, si qui fortè forent peste infecti, Ex quo, quantum boni, in animam meam redun-

*Voluntate  
-suis  
in  
Religione.*

*Votum, &  
iuramen-  
tum mihi  
Fratris  
peste in-  
fectis.*

*plurimum*

*U*

*redun-*



redundarat, difficilè est explicare,  
Hæc autem omnia, Gratia Dei, &  
Pretiosissimæ Parenti ego adscribo,  
& adscribam dum viuam.

Die quartâ Aprilis, anni 1623.  
quodam in loco, adspiciebam sta-  
gnum aquâ plenum, noctu, cæpiq[ue]  
mecum cogitare; *DEVS bone, re-  
dundatne anima mea, tantâ gratia tue  
copiâ, quantâ hoc stagnum aquâ redun-  
dat?* Et mox venit mihi in mentē;  
me posse, vno actu æstimationis di-  
uinæ, tantum gratiæ à DEO hau-  
rire; Statimque dedit mihi Do-  
minus talem actum elicere. Et  
post hæc, auxit in me Dominus di-  
gnationem suam in immensum, di-  
cens mihi, non solum, tantum gra-  
tiæ haurire potes, quantum hic a-  
quæ, sed etiam tantum, quantum  
est hoc spatium, quod terra, ær,  
cælique occupant, vno æstimatio-  
nis diuinæ actu; illicòque hunc  
actum talem habui. Hic actus a-  
deo intensus fuit, vt cogitari non  
possit, nisi ab experto, adeò tamen  
non violentus, nec grauis capiti,

*Actus in-  
tensissimus  
sine lesio-  
ne corporis  
vid.*

pectorique, vt putem potuisse illū  
 continuari diutiùs longè: non du-  
 ruit tamen diutiùs vno Aue MA-  
 RIA, conatus sum tertio talem a-  
 ctum elicere, sed manus Domini  
 iam recesserat, aduertiq; non me-  
 am virtutem, sed DEI gratiam il-  
 lam fuisse. Dignatus est iterum  
 mihi consimilem actum donare in  
 Septembri, durauit ad 7. circiter,  
 Aue MARIA,

Die quinta Ianuarij, anni 1624.  
 quæ fuit tertia ante diem Inuen-  
 tionis Christi Domini, in medio  
 Doctorum, Dominum IESVM tan-  
 quam amissum, & destitutum à  
 Parentibus suis, inuitavi domum  
 meam, & duo actuum charitatis,  
 æstimationis, humiliationisque &  
 aliarum virtutum, millia, ipsi in  
 tractationem. & sustentationē illi<sup>9</sup>  
 diei, obtuli. sequenti die, qui etiā  
 incidit in diem trium Regum, etiā  
 eodem modo, domi meæ, Domi-  
 num IESVM sustentavi, exhiben-  
 do illi respectiue ad trium Regum  
 terna munera, tria millia actuum:

*Tractatio  
 Christi.*

ipso

ipso autem die inuentionis eius à Parentibus, inuitaui illum, vnà cum Parentibus suis ad me, & similiter tria millia prædictorum actuum, illi exhibui, totoque triduo Sacra ad eum finem dixi, & alia feci de paupertate mea, & de gratia eius, cui gloria in sæcula. In Sacro primæ diei, cum Euangelium vltimū dicerem, sensi gustum suauem in illis verbis; *quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios DEI fieri, & interim quandam promissionem audiui; quia recepisti me, & ego recipio te, nunquam dimisurus.*

*Promissio  
Dei singularis.*

Die sextâ Decembris, anni 1626, in Sacro, sub Eleuationem Sacræ Hostiæ, visus est mihi in Spiritu, Dominus IESVS, ad instar Seraphini Cruciformis, mihi desuper in Hostia Sactissima imminens, & ab illa die cœpi, sub eleuationem Hostiæ, in Sacro postulare à Christo IESV, omnium Seraphicissimo camino, vt me accendere dignetur amore suo Seraphico Cruciformi.

*Amor Seraphicus Cruciformis.*

Quadam die dictum est mihi;

D 3

Diabo-



*Singularia dona,*

Diabolus iam non curat, vt in Cælo non sis, sed ne magnam in Cælo gloriam habeas: labora ergo diligenter, & seruetur, & in hoc etiam Damoni agrè facere stude.

Die decimâ sextâ Nouembris, anni 1622. quidam se mihi, in donis spiritûs, à DEO acceptis, valde aperuit, mecumque spiritua-lem amicitiam iniit, pro quo cum orarem, vt à Pretiosissima Parente in Filium reciperetur, intellexi mihi promitti id ita futurum.

Quis autem is fuerit, & in quibus DEI donis, se Patri Gaspari aperuerit, collegi ex quodam arcano scripto, inter manuscripta Patris Gasparis reperto: Fuit is, Pater Iacobus Lichanski. Donum autem, quod inter prædicta scripta, manu P. Lichanski exaratum, reperi, fuit eiusmodi.

*Intimatio  
prædesti-  
nationis,  
facta diui-  
nitum, Pa-  
tri Iacobo  
Lichanski.*

Prima Februarij, habui Sacrum in impetrationem auxiliorum, proferuenter exigendo sequenti Men- se, in DEI seruitio, & gratiarum actionem pro beneficijs, quæ Diui-

*A Deo collata.*

SS

na Maiestas decreuit mihi conferre iuxta beneplacitum suum, illo mense, maximè verò die sequenti, hoc est Purificationis B. V. Et cum in Sacro proferrem illa verba; *Omni benedictione caelesti, & gratiâ repleamur*, sensi nescio quam fiduciam, & spem concepi, beneficij mihi à Sanctissima Trinitate concedendi. Finito Sacro, sensi nescio quam cordis palpitationem, & motum, ex recordatione, & gustu illius fiduciæ, habitæ in Sacro, cû quadam extenuatione meiphus, in ascensionibus quibusdâ, quasi sensitui affectus in DEVM. Nocte huius diei, circa mediam noctem, feci disciplinam, & exercui actus gratitudinis. Dum postea cogitarem de Sacro habendo, delibera-  
bam, quamnâ intentionem præfigerem, venit in mentem, vt illud offerrem in gratiarum actionem pro beneficio, Reuerentiæ vestræ, (alloquitur Patrè Gasparem,) præstito hac die. Tandem volui Sacrum facere, finita reconciliatione,

sed Reuerentia vestra insinuauit, illud, se prius expedire velle, acquieui, contuli me, ad audiendas confessiones. à quibus fui vocatus ad Sacrum habendum. Mirabar quid esset: nam ingressus domum, quasiui num finitum esset Sacrum. Nouitiorum, responsum, necdum fuisse, vnde putabam, errorem à vocante commissum. Adij Reuerentiam Vestram, certior fieri cupiens de hac re, Reuerentia Vestra dixit, DEVM promississe hoc, vt prior haberem: Hæserunt verba in corde, rectà me contuli ad Sacristiam: intentionem Sacri habendi supradictam, innouaui eo feruore, quo ex Gratia DEI poteram maximo.

In principio Sacri, licet minus preparatus accessi, nam rectà à Confessionibus veneram, sensi me valdè recollectum, & suauitatibus quibusdam repleti, fiducia quadam erigi, impetrandi beneficij, sed nescio cuius, quam suppresseram, ne viderer mutare intentionem  
Sacri



Sacri, quæ fuit pura gratiarum actionis, ad gustû, Diuini, & MARIANI cordis, ob beneficium Reuerentiæ Vestræ præstitum, hoc die. In decursu Sacri, non me destituit seruos in principio Sacri habitus. Cùm autem peruenirem ad illa verba Canonis; *Et in Electorum Tuorum iubeas grege numerari*, sensi talem motum, quasi è somno excitaret, & apprehendi fortiter hæc verba, cum desiderio talis felicitatis, vt & ego vnus ex illo grege essem. Rursum in illis verbis; *Fac me Tuis semper inherere mandatis, & à Te nunquam separari permittas*, hoc beneficium Prædestinationis redijt in mentem, & desiderium. In Memento, in Consecratione Hostiæ, & Calicis, in Communione, nullos affectus exercui, nisi gratitudinis, gratiarum actionis pro beneficio Reuerentiæ Vestræ præstito, approbando hoc beneficium, quasi meum esset, & mihi factum. Interea subintrabat cogitatio, vt ego agerem gratias pro beneficio quodam, sed conabar

*Efficacia  
verborum  
Missæ.*

*Singularia dona,*

supprimere, ne fortè amor proprius magis me faceret applicatum ad orandum pro me, quàm pro Reuerentia Vestra. Finito Sacro, genuflexus in Sacristia, gratiarum actionem instauravi, coniungèdo, & appropriando mihi actus omnes Reuerentiæ Vestræ, quos vel iam exercuit, vel exercere debebat in suo Sacro postmodum. Deinde appropriavi mihi actus gratitudinis, & gratiarum actiones omnium eorū, quoscunq; DEVS dignatus est hoc beneficio. Ad extremum dixi intra

*Blodius a-  
gendi gra-  
tias DEO.*

me; *Beatissima Virgo MARIA, vellem pro hoc beneficio, eos exercere actus, quos Tu exercuisti, pro beneficio Maternitatis Tuae, aut quos DEVS per Scientiam simplicis intelligentiæ, cognouit potuisse à creatura elici.* Sicque me contuli iteratò ad confessiones audiendas, à quibus redij post duodecimam fere quadrante vno & medio. Sedi ad mensam fere ad quadrantem primum, post primam horam. Finita mensa, contuli me ad Templum S. Matthiæ, acturus gratias more solito.

*Visitatio  
S. Sacra-  
menti post  
mensam.*

lito.

*A Deo collata,*

19

lito, ad quod tamē sensi me impelli,  
cum quodā interno gustu, & desi-  
derio non ordinario. Genuflexus  
incepti dicere more meo, *Tu Rex glo-  
rie Christe, Tu Patru &c.* quo finito,  
exercui aliquos actus interiores so-  
litos. Et ecce derepente, sensi me  
recolligi, & sensus quasi consopiri,  
aut quasi ligari, & in quadam quiete  
cordis, & sensuū, me aduerti ex tē-  
plō collocatum: quod vt aduerti,  
(nam videbatur id præter disposi-  
tionem corporis accidere) tunc me  
DEO subijcere incepti, & agnoscere  
ipsius ingress<sup>o</sup> in animam præludia,  
dixi intra me; *Fac Domine quod Tibi  
placet: ego scio me indignum hac  
tua visitatione. Tum videbar in-  
tellectuali auditu me audire; Be-  
neficium scias tibi concessum, per merita  
Christi, Prædestinationem tuam, notiti-  
am autem huius beneficii, in hac vita, per  
manus B. V. accipe. Exhorruī ad hoc:  
nam talia nunquā petij à Domino,  
potiusque positivè repugnare solebā  
talibus motibus, si quando subrepe-  
rent in Orationibus. Immo 30.*

*Præludia  
ingressus  
divini in  
animam  
& sermo  
internus.*

Deo



*Singularia dona,**Resolutio  
singularis**Affectus  
erga B. V.*

Decembris, cum in choro S. Mat-  
thiæ, gratiarum actionem post Sa-  
crum expedirem, meque in actibus  
dilectionis Dei exercerem, mirabi-  
lem mihi Dominus communicavit  
amorem sui cum tali resolutione,  
vt si ipse mihi reuelaret me esse in-  
ter Præscitos, tamen ego vellem  
Deo seruire, & illum amare, & pro  
magno reputarem beneficio, quòd  
saltem vel in hac vita mortali, pos-  
sim illum amare, quo indignus fui:  
si porro in tanta Sanctitate viuere  
per impossibile, vt i B. V. putarem  
mihi satis factum eo solo, quòd se  
permiserit in hac vita, amari à me  
DEVS. Exercui etiam hoc mense,  
illum actum aliquoties, quem mi-  
hi Dominus communicavit Posna-  
niæ Anno 1621 in Festo Conce-  
ptionis, vt si scirem ex reuelatione  
certissima, quòd B. V. esset causa  
variarum tribulationum, persecu-  
tionum, malorum in omnibus suc-  
cessuum, ad extremum summi ma-  
li, nempe æternæ damnationis, ta-  
men ego illã, ob hanc excellentiã  
quia

quia est Mater DEI, vnicè diligere-  
 rem, super omnia creata, post DE-  
 VM, & Christi humanitatem: quæ  
 duo eo fine attuli; vt constet, me  
 non desiderasse vnquam, notitiam  
 Prædestinationis inæ, cum & ipsã  
 Prædestinationem, DEO postposue-  
 rim, & amori B. Virginis. Exhor-  
 rui igitur ad hanc impressionem  
 DEI in intellectu, & dixi, me indi-  
 gnum hoc beneficio. quòd id viris  
 perfectis, & Tibi, ô DEVS! feruenter  
 seruientibus, concedas.

Tum obortæ lachrymæ, dilata-  
 tio quædã cordis, & agitatio, quasi  
 fluctibus iactaretur aquæ calentis,  
 faucium quasi resolutio, temporum  
 coarctatio. Fui in hoc motu per  
 mediam horam, cum autem viderem  
 inualescere hos motus, & me  
 cohibere non posse, prorumpenti-  
 bus manibus, & toto copore in pro-  
 strationem, recepi me nullo viden-  
 te, vno passu facto, ad fornitem il-  
 lum paruum, & ibi hæsi per quinque  
 quadrantes genuflexus, nec valens  
 cohibere illos motus, & erumpen-  
 tes

*Interna  
 DEI Gist-  
 satio cor-  
 pus afficit*

*Singularia dona,*

tes lachrymas, Cùmque expoſtu-  
larẽ cum DEO, me indignum eſſe  
hoc beneficio, accepi reſponſum  
interiùs. Ita eſſe. Tum mihi obie-  
cta ſunt peccata, in ſæculo commiſ-  
ſa, pro quibus excitauì in me dolo-  
rem. Ideo, inquit, debes agnoſcere  
hoc beneficium, quia indignus es. & ego  
ſpecto, non quod debetur tuæ indignitati,  
ſed quod decet meam dignationem. De-  
inde per hoc beneficium, volo obligatio-  
nem ſuperinducere, vt mihi ſeruentiùs,  
fideliuſq; ſeruias, & vitam prædeſtinati  
hominis, viuere incipias, & ita gubernes  
corpus tuum, vt dignum ſit, quòd DEI o-  
culu in Calo præſentetur. Ita me diliga,  
vt decet eum diligere, de cuius aternali  
amore tibi conſtat. Præterea volo hoc fa-  
cto, vt ſis reſignatus ad omnia, quæ te ma-  
nent, vt tibi condias amaritudines, hoc  
ſolo, quia quacunq; viâ te dirigam, ſiue  
aſperâ, ſiue planâ, ſiue rectâ. ſiue tortuo-  
ſâ, vel qualicunq; illa tandem ex mea  
ordinatione fuerit, ſis contentus, certus,  
te excidere non poſſe ſine tuo, ad quem  
te creauì. Sed cùm iterum obijce-  
rem Domino: timere me, ne fortẽ  
in cla-

*Motus  
reuelata  
prædeſti-  
nationis.*



in elationem mei, ex dono hoc mihi communicato, incidam, sicque displiceam Diuinæ Tuæ Maiestati, respondit. Non est vnde superbiae: nam hæc est mera dignatio mea, ideò enim ordinaui, ne continuares collectionem tuam mensuram, ne sortè tuæ id adscriberes dispositionibus. Deinde id tibi non communicavi tempore Sacri, sed tempore minus commodo, statim post prandium, quo tu ad talia ineptus esse soles. Præterea quotiescunq; alios adspexerim, exhibe ei profundam reuerentiam, tanquam eum, quos ego ad maiorem sortè gloriam prædestinaui, quàm te. ad extremum scias, me quidem certò te prædestinasse ad gloriam, sed graui illatâ violentiâ cordis meo diuino, (vt ad captum tuum loquar) sciui tuas ingratiuitudines, tua peccata, tamen intuli mihi vim, vt te eligerem, sicq; vici me ipsum hac in parte, quod certè magna tuæ abiectiõni est materia. Rursus obieci, me timere illusionem hac in parte, nam & hæc Circumstantia temporis, videlicet dies Purificationis, rem auget: Subuereor enim, ne occulta quadam æmulatione,

*Merus elationis ex dono DEI*

*Merus illusionis.*

tione, ex superbia profecta, videar  
 emulari ea dona, quæ contulsi hoc  
 ipso die, Patri N. N. Tunc respon-  
 dit DEVS; *Vos estis biga mea, infedit  
 gratia mea, Patri N. quæ illi insidens  
 te etiam dirigit, non mirum ergo quod  
 vos hac circumstantiâ temporû, coniun-  
 gere volui. Indicium autem, quod non  
 illudaris, accipe; quia post hoc, habebis  
 gustum quendam in humiliationibus, quod  
 quidem erit cum repugnantia partis in-  
 ferioris, tamen gustum incernum retine-  
 bis, & eris humilis. Et reuera me sensi  
 humiliatum, vt me puderet homines ad-  
 spicere, & capi reuereri homines cum  
 depressione meipsum.*

*Signum  
 reuelata  
 predesti-  
 nationis.*

*reuelata  
 predesti-  
 nationis.*

*diuina  
 visitationis.*

Exij deinde ex illo fornicè, nullo  
 vidente, & exercui actus gratitudi-  
 nis pro hoc beneficio, defixo in B.  
 Virginis imaginem, intuitu, fere  
 per quadratè. Toto reliquo tem-  
 pore, vsque ad horam decumbendi  
 in lecto, fui in continuo quasi actu  
 orandi, & quadam vnione cum  
 DEO per affectum gratitudinis.  
 Hic est progressus diuinæ visita-  
 tionis. Quidquid autè sit, siue ea no-  
 titia,

ritia, & euidencia eiuldem, perue- *Cōstitutio*  
nerit ad certitudinem reuelationis, *animi,*  
siue non, ego agnosco inprimis, me *post reue-*  
indignum hoc DEI beneficio, & *lationem*  
nolo ingredi consiliorum DEI ar- *Prædesti-*  
cana Myſteria, nec vllâ à Reueren- *nationis.*  
tia Vestra determinationem expe-  
cto, ne sim in DEI donis curiosus.  
Accipio autem hanc DEI visita-  
tionem, & eos animæ motus, in eo  
gradu certitudinis, & euidentiæ,  
quem DEVS nouit, & in quo mihi  
communicare intendit, non tanto-  
pere quærendo certitudinem, & eui-  
dentiam, quàm eius voluntati, in  
collatione huius doni, totaliter cõ-  
formando. Volui autem Vestræ Re-  
uerentiæ hoc communicare, primò,  
vt Reuerentia Vestra exaltet hanc  
gratiam DEI in me, prout illa est  
in cognitione DEI. Deinde, vt ha-  
beam in hac vita, vel vnicum, cum  
quo collatis viribus me DEO gratū  
exhibeam: nec enim vnquam vlli  
mortalium, etiam in Confessione id  
aperiam, nisi fortè DEVS aliquid  
aliud inspirauerit, ad bonum animæ

E

meæ,



meæ, vel alicuius alterius, idq; inspiratione peculiari, & extraordinariâ; Statui autem, & decreui, ex impulsu interno, per totam vitam Sacrum huius diei offerre, principaliter in gratiarum actionem, pro beneficio Reuerentiæ Vestræ præstito, & secundariò pro hoc, mihi etiam concesso, vicissim à Reuerentia vestra humilimè petens, vt eodem die sit memor in Sacro, huius beneficij, mihi indignissimo peccatori præstiti.

*Octiduum  
gratiarum  
actionis.*

Octiduum subsequens insumpsi, in gratiarum actionem pro hoc beneficio, sicque omnia Sacra, & afflictiones corporis quotidianas, in eum finem direxi, vt me DEO gratum exhiberem, & ex hoc me corâ DEO humiliarem. Per quod tempus, attentus fui ad motus animæ, tam in meditationibus, quàm in Sacrificijs nunquam obseruare potui quidquam, vnde de hoc beneficio DEI vel minimè dubitarem, & per hoc tempus, videtur DEVS egisse nihil mecum, nisi vt me detineret

uineret in continuis conuictionibus intellectualibus, ita esse & non aliter: ex quo oriebantur affectus voluntatis ardentiores solito, quãdoque coniuncti sensibilibus deuotionis motibus, quos ego suppressere conabar. Præcipua autem, per totum hoc tempus, capita motionum DEI, hæc fuerunt, quæ sæpius recurrebant in Orationibus, & erant quasi scopi, ad quos dirigebantur reliqua omnia. Primus motus fuit, ad amorem Crucis, & tribulationum pro DEO, qui sæpius, & validè à DEO ingerebatur, sed præcipuè per totam fere meditationem, diei quintæ Februarij, in qua Dominus communicauit mihi mirabilem gustum Crucis suæ, feci mirabiles combinationes tribulationum, nec vilam reperi, ad quam pro Christo, non essem tunc paratus. Similiter sextâ Februarij, dum uesperis orarem ante Venerabile Sacramentum: sed uementiorem cæteris sensi octauo die beneficij accepti: cùm enim

*Resolutio  
ad omnes  
tribulationes.*

*Singularia dona,*

gratias agerem post Sacrum, sensi me recollectum valdè, & dixi intra me; Domine fac quod placet: tum audiui, quasi responsum interiùs; *Volo tibi imprimere characterè Crucis, & tribulationum, ut sis ex signatu, & priuilegiatis meū animabus,* Ex quo subsequutus sensibilis motus corporis, maximè cordis, & obtuli me DEO in humilitate, ad Crucis. Secundus motus fuit ad abiectionem mei ipsius, & contemptu cordialem, qui mihi viuaciter imprimebatur à DEO, præcipuè quartâ Februarij, quo die sæpissimè recur-

*Dona DEI ad humilitatem du-*  
*cunt.*

rebat hæc cogitatio, quòd pluris facerem, si me DEVS faceret verè humilem, & abiectum, quàm quòd mihi notitiam Prædestinationis concesserit. Et quintâ Februarij, eundo ex Litanij, dum transirem B. Virginem Curritorij, sensi mihi dici interiùs; *Iam te nunc resolutè abijcere potes, in oculis hominum, cum scias te coram oculis DEI acceptum.* Tertius motus fuit ad resignationem in omnibus, quæcunque



tunque DEVS voluerit, & ex possibili suppositione, etiã in hoc ipso Prædestinationis beneficio; Nam quartâ Februarij, dum tenerem Sacram Hostiam, ante Communionem, erupi in hunc affectum; *Si me estimatorem beneficiorum Tuorũ faci DEVS, plurũ estimo, Te amare, quã Prædestinatum esse, & hoc ipso beneficio priuari vellem (si esset possibile) propter Tuum amorem.* Quintâ autem Februarij, post vespertinum examen, prostratus humi, dixi; *Mũta DEVS decretum de mea Prædestinatione, vt tere tuo absoluto Dominio, qued in me habes, & si fieri potest sine præiudicio Tuae immutabilitatis, in irrevocabilibus decretũ Tuũ, statue, & decerne ex presenti statu de me, quod placet: Nam scio me promeritum æternam damnationem, hanc ego, ex nouo decreto libenter amplector, affectu plenissima resignationis, & subiectionis, quã ego Creatura debeo Creatori meo.* Et eodem die, ex quadam occasione, hæc me pænitudo inuasit; Quod maluissem non prædestinari, quã

*Actus mi-  
ra resigna-  
tionis.*

*Singularia dona,*

hunc DEO disgustum adferre, antequàm extitissè, quòd sibi in mea Prædestinatione, DEVS violentiam quòdammodo intulerit. Hi sunt præcipui fontes, motionum DEI his diebus, ex quibus alij manarunt. Status autem animæ fuit in his omnibus, pacatus, consolationis plenus, & gustus quidam quasi continuus DEI, maximè ex indignitatis meæ consideratione profluens.

Tale igitur donum fuit, Patri Iacobo Lichanski diuinitus intimatum, quod ille Patri Gaspari, cum prædicto fædere, & pacto mutux erga DEVM gratitudinis, manifestarat, seruauitque pactum hoc Pater Gaspar, quoad vixit: Nam in ratione celebrandi Festum Purificationis B. Virginis, id sibi præscripserat; *Festum hoc erit mihi, vnum ex Solemnitatibus præcipuis, ratione præstiti beneficii cuiusdã, tum mihi, tum N.N. hac die*, id est Patri Iacobo Lichanski. Tam magnus animæ prouentus est, fæderatum esse aliqui seruo DEI, CA.

C A P V T V.

*Prouincialatus Patris Gasparis.*

**N**on infrequens est supremæ gubernationi diuinæ, inuitos reluctantesque ad gubernacula adhibere, & per amplas illis demandare Prouincias, qui suâ contenti Sparthâ, ad Subsellia non ascendunt nisi impulsî. sic egit DEVS, cum Diuo Ambrosio, sic cum alijs per multis, non solum Ecclesiæ Principibus, sed etiam Religionum Prælatiis, Sic tandem cum nostro Patre Gaspare, qui quamuis quotidie, in Missa, dimitti, liberariq; à regimine peteret, atque post summptionem Sacri Calicis, vt in Liturgicis eius obseruationibus, ab eo probè prætitatis, habetur, talem ad DEVM institueret supplicationem. *Mi IESV per Tuam, in hoc Sanctissimo Sacrificio, & Sacramento, & in visceribus anime, corporisq; mei. præsentiam, peto à Te. vt ab onere gubernationis, & periculis eius, liberares me.*

*Serui DNI  
reluctantur  
Prælatiis.*



sicut potes, scis, & vi expedire gloria  
 Tue, salutis, & perfectioni mea, proximo-  
 rumq; meorum. Quamuis item,  
 hæc quæ sibi præscripserat, sanctè  
 obseruaret; In omni die aliquo-  
 ties deprecare à Domino, guber-  
 nationis onus vt auferat à te, in-  
 terposito IESU Christi sanguine,  
 & animarum amore: dulcedinem  
 ex regimine, & omne commodū,  
 periculis salutis, & alijs molestijs  
 inamarica, metu, & difficultate red-  
 dendæ rationis absynthia, & in-  
 horrorem induc: aut reprobum,  
 aut minùs gratum DEO, te esse cre-  
 de, atque conclude ex eo, si in re-  
 gimine sis: à regimine, & pericu-  
 lis eius libera me Domine: quam-  
 uis inquam hæc omnia exactè quo-  
 tidie obseruaret, gubernationeq;  
 refugeret; Non acquieuit tamen  
 tam impensæ eius petitioni DEVS:  
 sed aliquoties eum toti gubernân-  
 dæ præposuit Prouinciæ, varijs de-  
 iude præfecit Collegijs, vt præter  
 Concionatoris munus, quo aliquot  
 annis perfunctus, post transactum  
 vigesi

*Amarica.*  
*no guber-*  
*nationi.*

vigesimum in Religione annum, toto ferme tempore gubernarit. Prouincialis primâ vice institutus, anno 1629. post exactos in Religione, 20. annos, quod perrarum est in Prouincia Polona, propter non exiguam Patrum, annis, & virtute grauissimorum, atq; ad munus regendæ Prouinciæ idoneorum copiam: Maturus tamen Pater Gaspar ei Officio visus est, qui iudicio omnium, in virtute iam maturuerat. Inter negotia totius Prouinciæ, primò apud eum loco erat, negotium propriæ perfectionis: Ante omnia itaq; præscripsit sibi Orationes qualdam; pro gratijs regiminis obtinendis, quas hic subijcio.

I. DEVS dignissime, Principatuû, Potestatum, Thronorumq; Rex, qui sedes super Cherubim, & flammam virentem facis, ministros Tuos, Tu mihi famulo Tuo, & Dominorum meorum, seruatorum Tuorum seruo inutilissimo, imposuisti super humeros, grandem hanc regimini seruitutem, eamq; me seruire

*Inter omnia negotia, primum negotiû perfectionis.*

*Orationes pro gratiis regiminis impetrandis.*

iussisti, cui & in veritate Tua, & in  
Conscientia mea nunquam sufficio, cum  
sim puer, quoad intellectum iudicij, &  
legum, nesciens quid sit inter dexteram  
& sinistram.

*Petitio* 2. Da mihi Gratiam Tuam magnā,  
*Gratia* eiq; tanquam nutrici mea, ab infantia  
*gratum* mea, custodiendum me trade, vt per  
*facientiu.* ipsam Tibi placeam semper, nec com-  
mittam aliquid, quod aut non placeat  
oculi Tui, aut non sit gustabile volun-  
tati Tue, aut non maiorē ad gloriam Tuā.

*Petitio Sa* 3 Commendo me etiam assistrici se-  
*pientia* dium Tuarum, Sapientie Tue, que me  
*ad cōsilia.* doceat sensum Tuum, & consilijs Tuis  
opportune informet, mecumq; sit in omni  
ingressione, & egressione mea, quia illa  
est, que gyrū Celi, & Terræ circuit sola,  
& nouit itinera cōsiliorū Prouidentie Tue.

4. Crea cor mundum in me, & spi-  
ritum rectum innoua in visceribus meis,  
ne proicias me, inquam, à facie Cha-  
ritatū, Gratie, Veritatisq; Tue, & spi-  
ritum sanctum Tuum ne auferas à me.  
Redde, auge, conserua mihi latitiam  
Salutarū Tui, & spiritu Principali con-  
firma me semper, vt doceam iniquos er-  
rantes.



mentes, & languidos, vias Tuas, rectas, securas, ignitas, atq; pacificas, vt ipsi ambulent in eis, seruiantq; Tibi, corde sincero, atq; perfectissimo.

5. Da mihi Domine, lumen in intellectu, efficaciam in affectu, constantiam in conceptu, perseuerantiam in effectu. Da mihi donum sapientia, intellectus, & consilij salutaris, ac opportuni. Da mihi Spiritum Prophetia salutarem, necessarium, sed non mirabilem. Da mihi cor docile, & paratum, & ardens Tibi. Da linguam eruditam, igneam, & scientem loqui ad cor, prout cuiq; opus erit. Da mihi gratiam, amoris, & auctoritatem competentem, in oculis omnium. Da mihi donum gubernandi suaviter, efficaciter, liberè, accommodatè. Da directionis memoriam, directioni spirituum congruam. Da mihi Orationis, & fiducia, in Te, Tuiq; auxilijs, Spiritum. Da fidelitatem ad Te in omnibus operibus meis, obsequijs autem, donisque Tui, vt non queram, qua mea sunt, neq; furtiuè arrogem mihi qua mea non sunt: sed ea semper queram, Tibique fideliter reddam, qua sunt Dignitatis, Glo-

ria,

Petitio & gratiarum ad gubernationem necessariarum

ria, Donationis, Iustitiæq; Tuae, ac seruitutis mea, Tibi à me, per omnia iura debita.

6. Dirige linguam meam in loquendo, manum in scribendo, mentem in sentiendo, vt non impingam coram Te, sed faciam ea, quæ Tibi placita sunt semper. Da mihi sanitatem, robur, viresq; laboribus pares, & arce à me omnia impedimenta obsequij Tui, iuxta leges beneplaciti Tui. Da cor docile, atq; tractabile, omnibus, quos rogo. Da cor ad me conuersum, & facile à me capi ad Te, trahiq; sinens. Fac me gratiam inuenire apud omnes quibuscum viam, & agam, siue sint domestici, siue extranei, vt omnes, & semper contentos reddam, melioresq; semper ad Te remittam.

7. Da quàm plurimū affectum orandi ad Te, pro me, seruenter, frequenter, efficaciter, vt impetrent ab Te mihi ea omnia, quæ necessaria scit mihi Sapientia Tua, & conferre mihi statuit voluntas Tua.

8. Deniq; da mihi, quod iubes, & iube quod vñ, talem me fac qualem vñ, officere per me hoc quod vñ, miserere mei  
semper

semper, sicut scis, & vñ, vt ere me ad humiliandum me, & exaltandum Te valdè. *Conformatio sui, cū voluntate DEI, in petitionibus.*  
 Nihil finas esse, quod non vñ, nihil finas me velle, quod dedeceat Te mecum velle, *DEI, in petitionibus.*  
 sim Tibi plenè sincerus, plenè constans seruus Tuus, Tu autem absolutus Dominus meus, vt in me, per me, semper exalteri dignissimus DEVS meus. Amen.

Tali precandi modo, ferme omnia, quæ in his orationibus continentur, feliciter impetrauerat à DEO Pater Gaspar: audire erat linguam eius, tam in Exhortationibus, quàm in manifestatione cōscientiarum, igneam, & scientem loqui ad cor. Die quodã, dum esset postridie dimissurus quendam è Societate, (in quo tamen tardissimus *Energia Verborum* semper erat, diu tentatos tolerans, adque ad meliorem mentem reducere, adnitens) tanto ardore, & energiã, de periculis Dimissorum, est in exhortatione locutus, vt audienti mihi præ terrore pili assurrexerint. Videre erat prudentiam eius, admirabili cuidam auctoritati, ipso vultu spiranti DEVM, iunctam.

In mani-



*Non vul-  
garis san-  
ctum.*

In manifestationibus, vnicum id illi erat, quosuis ad sanctitatem non vulgarem hortari, & inflammare, dicereque; Noli esse inter vulgares seruos DEI. Memini ego, me, ex red-itione conscientiae coram ipso, facta, longè inflammatiorem, incitatioremq; quoad profectum, in via DEI ab eo abiisse, quàm ex denis meditationibus. In admit-tendis ad Societatem, magnum seruabat delectum, reperi que inter manuscripta eius, hæc quæ sequū-tur. *Signa ordinariè malè succeden-tium Profelytorum in Societate.* 1. Ni-mius nostrorum in eos amor. & cu-ra nimia, vt sint in Societate. 2. Pædagogî maturiores rarò boni in Religione. 3. Qui durè habiti sunt, rarò in Societate boni: 4. Item pauperes, & quibus fuit nulla spes victûs, aut difficilis in sæculo.

*Non suc-  
cedentes  
Profelyti.*

Præter Collegia, formata, non optabat multiplicationem Residē-tiarum: tum quia in talibus ple-rumque locis, ob penuriam rerû temporalium, penuriam patitur disci-

disciplina, & obseruantia religioſa-  
 tum quia Residentias affirmabat  
 eſſe prolem, partu præcoci editâ,  
 quæ ordinariè inualida eſt, & in-  
 firma, allegabatque eò fine, dictû  
 cuiuſdam Nobilis, Wieſiołovvski,  
 ad noſtræ Societatis homines, quod  
 fuit tale; *Patres, hoc vos curate, vt  
 ſiis tales, quales eſſe debetû: Odiã No-  
 ſtra, clamores contra vos, & alia non  
 curate. Nam nos inuiti honorabimur  
 vos, dum habueritû, propter quod neceſ-  
 ſariò honoremur, tantummodo nolite vi-  
 leſcere, multas Residentias non habetote,  
 ſed paucas, & in hiſ dignas Perſonas  
 habete.* Optabat autem Pater Ga-  
 ſpar, potiùs multiplicari Miſſio-  
 nes, ex quibus pro libitu à Supe-  
 rioribus localibus, perſonæ poſſûnt  
 transplantari, & nunc ad Collegi-  
 um reuocari, nunc ad Miſſionem  
 deputari. Et reuera nescio quid de  
 Miſſione Spiritus Sancti, Miſſiones  
 Societatis habent, vt ex annuo ſpi-  
 rituali cenſu, læulenter ea Colle-  
 gia colligunt, in quibus ex Miſſio-  
 nes ſunt vſitatæ.

*Odiã ho-  
 minũ nom-  
 obſunt ſoc-  
 ietati.*

*Modus Veritatis dicenda,*

Adnotauerat in memoriali quodam, quod post fata eius reperi, se debere, in dicenda alijs veritate, adhibere eum modum, qui adhibetur in adspersione aquæ benedictæ; vt nimirum, non violentè, neque illicò quoad omnia subditis imperetur: aliàs, sicut si quis cum impetu, & affluenter vndâ sacrâ perfundatur, in iras assurgit, habiturus gratiam, si lentè, & sensim perfunderetur, ita subditi, ex eo impetu, & violentia veritatis, locò correctionis, indignatione commouebuntur, profecturi aliàs, si ipsis veritas sensim instillaretur. Non prætereundum & illud est, quod Pater Gaspar in Prouincialiatu pro se ordinauerat, in hunc modum.

*Primus annus immaculata Conceptioni B. V. dedicatus.*

Primum Prouincialiatûs mei annum, dedico DEO, & Pretiosissimæ Parentis Immaculatæ Conceptioni, in cuius honorem, respectu felicitis successus, per illius honorem, impetrandi. I. Singulis diebus, officium, vel coronã  
de



de Conceptione dicam. 2. Singulis mensibus, Sacrum de eo Mysterio dicam. 3. Singulis in Domibus huius Prouinciæ, curabo Imagines Conceptionis in Templis erigi, & in Domibus ipsis, si fieri poterit hoc secundum. 4. Examina Generalia, particulariaque faciam statis horis, etiã in curru. 5. Ordinatam temp<sup>us</sup> habebam orandi, legendi Institutum, & colloquendi in curru. 6. Libenter pedes ambulabo, sanitatis prætextu, Orationis gratia. 7. Singulis diebus, pro omnibus Collegijs, Domibusque huius Prouinciæ, orabo, & pro omnibus eius Personis. 8. Singulis diebus, S. P. Ignatium, & omnes SS. Prouinciales Societatis, pro spiritu Societatis, gratiaque regiminis impetranda, orabo. 9. Semper omnimodis deliberationi, & consultationi, præmittam Orationis aliquid, nominatim sancti Spiritus inuocationem. postquam aliquid statuero, & decreuero, DEO commendabo, consulam, dirigi, emendariq; petam,

F

ad glo.

ad gloriam eius. 10. S. Archangelum, Præsidem, custodemq; meum, & Officij mei, nec non Angelos Custodes subditorum meorum, quotidie, per Rosarij partem aliquam, inuocabo. 11. Antequã incipiam loci alicuius visitationẽ, semper vel diem, vel medium, vel horam saltem impendam Orationi, & collectioni, atque auxiliorũ DEI inuocationi, ad bene cognoscendum, & stabiliendum statum domesticũ. Angelos, Patronosq; loci, & Domũs, & Templi, & Cõmunitatis, inuocabo, & personarum omnium, & Officij mei. *Secundum* annũ Prouincialatus mei, obtuli Spiritui Sancto, eiusq; peculiari honori, ac regimini deuoui. Proinde. 1. Singulis Mensib<sup>9</sup> Sacrũ de Spiritu Sancto dicã. 2. Singulis diebus, Coronam 100. actuum, de Spiritu Sancto dicam, petens benedictionem in Officijs meis. 3. Post Sacrum, quotidie dicam Hymnum, Veni Sancte Spiritus, & mitte &c. 4. Coronam 50. actuum de

*Alter annus Spiritui Sancto*

um de Conceptione B. V. dicam, petens similiter benedictionem in Officiis. 5. Reliqua vt superiori anno faciam. ~ *Tertium* Prouincia.

*Tertius  
annus S.S.  
Trinitati.*

latus mei annum obtuli Sanctissimæ Trinitati, eiusque honori.

*Quartum* obtuli æternæ Sapientiæ, & eius Societati vniuersim. Reliqua faciam, vt superioribus annis,

*Quartus,  
æterna Sa  
pientia.*

Ia in quod attinet ad itinera, quæ ab vno Collegio, ad aliud conficiebat Pater Gaspar, visitandi causâ, pro munere sibi imposto, eorum religiosè conficiendorum, praxim eiusmodi confecerat.

*Ante susceptum iter.*

1. Facienda intentio, ex motiuis obedientiæ, vel charitatis, vel conformando me diuinæ prouidentia, quæ hoc iter ordinauit. 2. Offerendi erunt singuli passus, DEO, tanquam primo motori corporis: Immo & passus equorum, gratiasq; agam DEO, pro concursu, quo DEVS concurret ad cursum equorum, in eo itinere. 3. Offerendæ erunt Singulæ attractiones àëris recētis.

*Intensio-  
nes ante  
Iter.*



singulæ superficierum mutationes, in hunc, vel similem modum. Offero Tibi mi DEVS, tot actus fidei, Spei, Charitatis, quot in hoc itinere intercedent, superficierum corporis mei permutationes, & sicut sum in continua loci mutatione, ita vellem in continua reuerentia, & veneratione itineranti DEI in carne, manere, eumq; in me

Commen-  
datio SS.  
Angelis.

exprimere. 4. Cōmendabo me SS. Angelis, custodibus eorum, cum quibus me iter facere contigerit. 5. Pro duce itineris præcipuè eligam mihi diuinam prouidentiam, cui me cōmendabo, vt mei curā velit assumere, ratificando ea omnia, quæ illa de me in hoc itinere disposuit, complacendo mihi in illis omnibus, approbando, & gratias agendo anticipatò pro omnib; quæ illa ordinauit.

*In ipso itinere.*

1. Itinerarium quodpiã reciterur.
2. Litaniæ iter agentium, vel cōmunes Sanctorum.
3. Ero in cōtinua reuerentia Domini IESV, itinerantis per triennium suæ Sanctissimi.

Altissimæ prædicationis, hancque  
 materiam Meditationis assumam.  
 4 Cùm Cæli, ab Angelis, iuxta  
 probabiliorem opinionem, moue-  
 antur, illorumque operâ, singulæ,  
 in Esse suo, Species conseruentur,  
 ne vlla res mihi in itinere occur-  
 rat, ex qua mentem ad DEVM  
 non possim attollere, exaltabo DEI  
 dignationem, qui dignatus est, eti-  
 am singulis animalium Speciebus  
 conseruandis, assignare Tutelares  
 Angelos: sic sublato in Cælum  
 obtutu, adorabo adoratione dulciæ,  
 illos cælestes Spiritus, illasque In-  
 telligentias, Cælorum motrices,  
 commendans illis necessitates co-  
 lonorum, per quorū agros tran-  
 sibo, ne grandines, tonitrua, inun-  
 dationes, tempestates, illis noc-  
 eant, vt maleficia dissipent, Caco-  
 dæmonis obsistant conatibus, eam  
 inducant, aëris, primarumque qua-  
 litatum temperiem, vt fertiles e-  
 quadant agri, omni sterilitate depul-  
 sa. 5. Deiecto in terram vultu, &

*Varia iti-  
 neris in  
 spiritum e-  
 xercitum.*

mali, commendabo me Angelo cu-  
 stodi illius Speciei, petens Indivi-  
 dua illius Speciei conseruari, ad eū  
 finem, ad quem à Creatore sunt  
 condita. 6. Pagorum, Ciuitatum,  
 Templorum, quæ videro, Sanctis  
 Angelis custodibus faciam reue-  
 rentiam, & illorum opem, ad pro-  
 sequendum iter, implorabo. 7.  
 Dum transibo Oppida, & pagos,  
 gratias agam Deo pro beneficijs,  
 quæ præstitit incolis illius loci:  
 similiter gratias agam nomine eo-  
 rum, qui facultates in ijs locis, per  
 quæ transco, possident; vt si DEI  
 Largitoris, beneficentiam, & lar-  
 gitatem agnoscere negligant, aut  
 certè in illo momento nullum  
 exercent gratitudinis actum, aut  
 alium, id ego in Persona eorum e-  
 xoluam, ne aut beneficia malè lo-  
 cata maneant, aut nullum sit tem-  
 pus, quo non referât actionem gra-  
 tiarum quantum fieri potest? 8.  
 Dum transibo Templum aliquod,  
 peculiarem reuerentiam faciam  
 Christo, in Sacramento Eucharis-  
 tiæ



stiaë existenti, ibique cor meum  
 relinquam, ad hoc tempus, quo  
 adusque aliud Templum præter-  
 grediar, sicque cor meum reli-  
 ctum, in illo priori, apud Christum,  
 repetam, repositurus in hoc, quod  
 transeo, & sic deinceps: tum vt hæ  
 nouæ cordis locationes, augeant  
 fetuorem dilectionis in Christum,  
 tum ne DEVS in Sacramentis exi-  
 stens, sit otiosus quodammodo,  
 (nam hæc Tempia plerumque de-  
 ferta sunt) habeatque aliquem, cui  
 beneficiat, & cū quo versetur: ma-  
 neboque in continuo adorationis  
 actu Sacramentalis Christi præ-  
 sentiaë, sub conditione, si sibi est.  
 Tutelares Sancto: illius Templi in-  
 uocabo, quorum ibi vel imagines,  
 vel Reliquiaë sunt, vel qui ex illo  
 loco, adscripti sunt Cælo, crescen-  
 te autem affectu, adorabo Christū  
 in omnibus Templis totius mundi,  
 & sub omnibus particulis Specie-  
 rum Sacramentalium, in quibus po-  
 test Christi præsentia retineri.

*Visit in iis  
 nere Tem-  
 plus, reli-  
 giosa de-  
 uotio.*

*In fine suscepti itineris.*

*Actus ad  
numerū  
Hostiarū.*

1. Viso eo loco ad quem tetendi, imprimis Christū adorabo in omnibus Templis, vel Templo illius loci, sub omnibus Hostijs consecratis, ad numerum illarum, actus virtutum variarum multiplicando. Innouabo illarum Hostiarum adorationem, ad quas subeundas, & præsentandas, vt sic loquar, fuit illo die, Christus, verbis Consecrationis è cælo euocatus, extollendo illarum dignationum numerum.

*Varia deuotiones  
in fine itineris.*

2. Dolebo de omnibus offensis diuinæ Maiestatis, in illa ciuitate, vel pago perpetratis, in particulari. de sacrilegijs, in administratione, vel suceptione Sacramentorum, illo anno, vel hebdomadâ vel die, admissis, in quarum compensationem aliquam, & satisfactionē, eliciam actus Contritionis, de meis peccatis, & offeram actualiter, omnes actus pænitentiae Christi ob aliena peccata. 3. Gaudebo, & exultabo de omnib<sup>9</sup> complacentijs, quas vnquam DEVS habuit, ex quacum-

quacunq̄ occasione, & causa, in illo loco, desiderans ex toto corde, vt in illo, quàm plurima diuinæ cōplacentiæ obiecta reperiantur, sicut displicentiæ, & disgustus reperti sunt. 4. Venerabor Angelum Custodem illius ciuitatis, vel loci, quem ingredior: similiter omnes Angelos custodes omnium habitantium in illo loco, quos salutabo in illis, & reuerbor. 5. Commendabo me Sanctis Tutelaribus illius loci, maximè ijs, quorum Reliquiæ ibi sunt, quorum exædicata Temp̄la, quorum preces inuocata, quorum nomina incolis illis imposita. 6. Postquàm venero ad locum destinatum, quamprimum visitabo Sanctissimum Sacramentum, in eius præsentia gratias agam, pro felici successu itineris, & negotiorum, quorū causâ susceptum fuit. Deinde pro beneficijs omnibus acceptis, exaltabo DEI prouidentiam, ad quod inuocabo, B. V. & SS. Tutelares illius Templi, & Sacelli, Angelum



Gustodem &c Dolebo de defectibus commissis in illo itinere, quorum defectuum percurram catalogum, si tempus patietur.

Sic itinerans Pater Gaspar, plus viæ conficiebat ad Cælum, quam ad ea, ad quæ vehebatur, Collegia, quorum visitationem, à tali auspiciabatur Oratione.

*Oratio superioribus  
venerabilissima*

Saluto, adoro, exalto Te DEVM meum, hoc in loco presentem, famuliq; Tuû in eo manentibus presidentem. Ago gratias Maieitati, voluntatiq; Tuæ, quod eos ad hanc horam custodieris, & quod me ad illos adduxeris. Da mihi hoc in loco gratiam Tuam, Officio meo, negotijs presentibus necessariam. Dirige ad me omnes necessitates internas, & externas, priuatas, & commune Bonum Religionis concernentes, omnium Personarum hic existentium, & aliarum, quomodocumq; isto cum loco connexarum. Da mihi donum Sapientie, Intellectûs, Scientia, Consilij, Discretionis, ad cognoscendum, discernendumq; bonum, & malum, verum, falsum, profuturum, noxiurum. Da gratiam apud omnes.

Da

Da fiduciam ad me omnibus, amoremq̃.  
 Da suauitatem cum omnibus Da effici- Dona DEI  
 ciam in omnibus. Da libertatem ad- superiori-  
 uersus omnes. Da deniq̃, quod Tua Sa- bus neces-  
 pientia, & Voluntas, scit & vult pro ipso saria.  
 loco necessarium, ad gloriam Tuam, &  
 fructum animarum Tuarum. Te quoq̃  
 Pretiosissima Parens, huius loci Patrona,  
 cum Sanctis, & Angelis omnibus prasidi-  
 bus, Custodibus, Patronis, cum Sanctis  
 Reliquias hic suas habentibus, hoc in  
 loco saluto, veneror, inuoco, adfis mihi,  
 & dirige me in omnib⁹, qua hic cogita-  
 bo, dicam, agam, decernam: sine diuino  
 enim auxilio, sine Tuo, & Sanctorum  
 huius loci Præsidium fauore, nihil di-  
 gnum efficiam, qui ad nihil, nisi ad solos  
 defectus, & destructionem idoneus, ac  
 sufficiens sum. Veni Sancte Spiritus &c.

Visitationi Collegiorū impone-  
 bat coronidem, tali orandi modo.  
 DEVS infinite, ac immense, qui nec  
 loca mutas, nec tempora. nec consilia,  
 nec voluntatem. Te hic relinquo. atque  
 committo. Ago gratias Maieitati Tue,  
 pro omnibus, hic mihi datū gratij, &  
 auxilijs, Fac Domine, sint hæc effica-  
 cia

Oratio ad  
 DEVM post  
 Visitationem Col-  
 legij.

cia, quæ hic dixi, feci, statui, supple defectus meos, nec propter illos impediri sinas voluntatem Tuam in hoc loco, sit hic amor Tui, pax, mutuaq; dilectio, zelus honoris Tui, & salutis proximorum, observatio disciplina, omne beneplacitum Tuum, ad puram gloriam Tuam. Te quoq; pretiosissima Parens, cum omnibus Sanctis, Angelisq; huius loci Patronis, rogo humiliter, custodite, amate, protegite hunc locum, ut in eo sit benedictio Patris, & Filij, & Spiritus Sancti assidua, utq; Vos cum gaudio, & consolatione, hic Personas istas commorantes, protegati, ad gloriam Sanctissime Trinitatis, quam ego vobiscum benedico; & magnifico in æternum.

Deposito Prouincialatu, hæc sibi iniunxerat obseruanda. 1. ad omnia te æqualiter cum alijs demitte statim, 2. Quid successor agat, quid mutet, nec scire, nec audire velis, omnia quæ faciet, lauda. 3. Nunquam usurpa illas voces; Ego cum essem; Non ita ego; Ego sic; Ego hoc cogitabam, hoc fecissem; Ego inchoavi; Ego disposui

Post per  
sum supe  
rioritatu  
religiosa  
obseruatio  
nes.



ſpoſui, glaciem fregi. 4. Aures para ad audienda obloquia, perſtrictiones, inſultationes, comparationes. 5. A conſilijs fuge, & cōſuleis, ſi non effugeris, modeſtiſſimus ſis, in tuo ſenſu, & verbis. 6. Fuge prandia Externorum, fuge inuitationes, & ſingularitates, cum Superioribus præcipuè, exemptiones quoq; fuge. 7. Orationi, & ſolitudini te totum da, communi vitæ, deambulationi interdum, & amænus eſto debite ſemper. 8. Nihil præſumptuoſum in te appareat. 9. Eſto quaſi vnus ex infimis operarijs. 10. in ſcribendis literis, de materia, Succellorem concernente, eſto cautus. In ſermone item nulli fide. 11. Succellori Tuo declara, vt de te, & de à te ordinatis, deque agendis, & exequendis à te, liberè omnino, abſque vllò reſpectu diſponat, prout meliùs iudicauerit. Sic ille faciebat finem gemitino Prouincialatui, & ego finem facio huic materia.

## CAPVT VI.

*Reſtoratus Patris Gaſparis.*

**M**Vnus hoc, à rectitudine nomenclaturam habens, quàm rectè à Patre Gaſpare adminiſtratum fuerit, primaria teſtantur Collegia, quibus aliquoties præfuit, magno ſpiritus cum prouentu. Curabat imprimis, ſibi ſubiectis, alimenta, non ſolùm corporis, ſed & animæ, adminiſtrare, cenſebatque ex obſervatione religioſitatis, & cū DEO familiaritate, rem familiarum, optimos habere ſucceſſus.

*Scopuli Superiorum* Adnotauerat ſibi quosdã Superiorum ſcopulos, quos apprimè euitabat, hos nempe. 1. Effuſionem ad curam rerum temporalium. 2. Negligentiam domeſticorum in ſpiritu. 3. Neglectum lectionis Inſtituti. 4. Regimen ex proprii Capitis idea. 5. Regimen per naturalia Principia. 6. Diffidentiam in DEVM. 7. Amorem pecuniarum, & parcitatem. 8. Fugam, & odiũ admo-

admonitionū. 9. Velle omnia à Subditis supportari, amarique ab eis non curare. 10. Frangere malle, quàm flectere, & remedia exola facere. Hos scopulos ita præ oculis habebat, vt in nullum illorum impegerit. Quod enim attinet ad curam rerum temporalium, eam Procuratori & Ministro Domūs, plenè committebat, mediatà non nisi directione sibi relicta, interimque optimum prouisorem DEVM, quà orationibus continuis, quà obseruatione disciplinæ religiosæ, demerebatur. Dum penuria notabili Collegium afflictabatur, adire solebat imaginem Christi Crucifixi, & coram ea, in has voces prorumpere; Domine nunquid ego hos genui, Tui sunt, prouide illis, ecce expectant à Te escam, fecerunt quod iussisti, da quod promisisti, fiebatque interdum, vt ab ipsa immediatè Oratione, euocaretur ad portam, ab aliquo Eleemosynam adferente. Cùm esset Collegij Pomanensis Rector, in pessimis temporis

*Percepta  
ex thesauris  
DEI.*



poris circumstantijs, nempe post bellum statim Sueticum, deuastationemque omnium Collegij Bonorum, & post horrendam, ipsius Collegij, merum in stabulū, Metamorphosim, excepi ex ore eius id proferentis; Se quidem Reuere[n]do Patri Prouinciali venturo, exhibere posse Summam Expensæ, sed Perceptæ Summam se exhibere non posse, coniecique non temerè eum, ex thesauris D E I Perceptam habuisse. Frequens eius dictum erat; se metuere magis metum inopiæ, quàm ipsam inopiam, Rectorem Domūs Probationis, Cracouiæ agens, grauib[us] rerum temporalium angustijs pressus, dum ad solitum Crucifixi D E I-hominis, asylum confugisset, necessitatèq[ue] Domūs, prouidi Christi pedibus subiecisset, inuisit quodam in negotio, Domum Professam, ex qua reduci, Adolescens quispiam occurrit, nulloque prolato verbo, non exiguum Aureorum numerum obtulit. Tam aureus est D E V S ijs, qui

*Exemplū  
providen-  
tia diuina*

spe.

sperant in eum. De eodem Domus  
 Probationis Rectoratu, simul cum  
 Magisterio Nouitiorum, non pauca  
 occurrunt dicenda. Instruebat re-  
 ligiosos Tirones, & verbo supra  
 modum inflammato, & exemplo,  
 ipsoq; vultus intuitu, quē spectare  
 ad omnē cōponi sanctimoniā erat.  
 In mortificationibus externis in-  
 iungendis, exoticus non erat, at  
 in mortificanda pertinacia, super-  
 biola, curiositate, cæterisque & no-  
 uitij, & postmodum veterascentis  
 animi affectionibus, exquisitus e-  
 rat. Nullum fuit tempus non aptū,  
 quo eum adiret Nouitius, misera-  
 que arcana sua ei recluderet. No-  
 lebat in Nouitijs nouitiam esse vir-  
 tutem, sed solidam, & maturam,

*Maturitas  
 Civitatis.*

ita, vt in Collegijs, & Senes ef-  
 sent adinstar Nouitiorum, & No-  
 uitij adinstar Senum. In asceticis  
 opusculis conscribendis, totus erat.  
 Spectavi ego ipse Nouitius eius,  
 cum illum interdum interturbarē,  
 eum currente calamo, Ascetica, in  
 compacto iam libro, scribentem,

& simul ad mea quaesita, non per  
exiguū tempus, mihi respondent.

*Donum  
quietandi  
Conscien-  
tias.*

In quietandis aliorum Consci-  
entijs, habuisse videtur singulare  
DEI donum. Noueram Patrem,  
qui ad initium Sacerdotij sui, ita  
scrupulis initiatus erat, vt ad Sacri-  
ficiū peragendum, nullā ratione  
adduci posset. Victima prius ipse  
futurus, quā id faceret. Missus  
ad Collegium, in quo Rector erat  
Pater Gaspar, semelque nonnisi cū  
eo locutus, ad tantam animi redijt  
malaciam, vt post modum nulla  
scrupulorum caligo (omnis enim  
scrupulosus cæcutit) eum obnubi-  
lauerit, statim ad peragendum Sa-  
crificiū perrexerit, detestatoꝝ scru-  
pulos, qui sunt dæmonis, genui-  
num, & suaue Sacrificiū.

*Liberali-  
tas cum  
frugalita-  
te.*

Frugalitatem religiosam libera-  
litate iunctam habebat, dicebatque  
ex liberalitate Rectorū in Collegijs,  
sequi DEI benedictionē, sicut ē cō-  
tra, ex parcitate maledictionem;  
Nam dum, inquebat, Rectores li-  
beraliter, intra limites religiosos,  
tractant



tractant fratres suos, Patris autem illius Magni filios, illi liberaliter habiti, Patri suo, pro Reſtoribus gratias, bonaque nuntiant de iisdem. vnde etiam propter filios suos bene habitos, benedicit Reſtoribus Pater ille magnus. E contra fit, dū parcè habentur fratres, murmurât Filij coram Patre, aliquando & in Patrē, ille murmuratione offensus, maledicit tenacitati Reſtorū, & insultat illis; seminastis multum & intulistis parum.

Inter superiores & subditos hoc interesse asserbat; quod Superiores habeant multos oculos, vnū autem os, & manum: Subditi verò multas manus, & ora multa, oculum vnū. Illi multa videant, & sciant, pauca dicant, & faciāt, immo vnus rei multas habeant causas, vnā autem dicant: Subditi verò multa dicant, coniectent, suspicentur, rationes indagent, & inferant, multa faciant, interim tamen nihil faciant, & videant, in rei veritate. Adijciebat præterea; diabolum.

*Discrimē  
inter Superiores,  
& subditos.*

omnib9 modis adlaborare, vt subditorum impediatur confidentiam ad Superiores, eò quòd ex solius confidentiæ vsu, diabolus vim amittat, idque ex assistentia DEI penes Superiores, ad quos subditi dum recurrunt, inueniunt infallibiliter subsidium, vi pacti, quod habet Religiosus cum DEO, subdens se hominì, propter DEVM, atque in suis periculis recurrens ad Superiorè, tanquã ad DEVM.

Quia verò congenitum vitæ nostræ vitium est, attendendo alijs, suiipsius obliuisci. (ex quo pleriq; defectus in omni agendi munere pullulare possunt) intentum quotidie Pater Gaspar, in Rectoratibus suis, habebat oculum, ne quidquã eiusmodi suboriretur, in quem finem adhibebat die quouis, Examen Superiorale, cuius erant hæc capita. 1. An horam Considerationis fecerit. 2. An Ministrum allocutus sit horã debitã. 3. An ipse secum alicubi dispensauerit, & quã causã, atq; edificatione Communitatis. 4. An morose aliquem

Examen  
quotidia-  
num Re-  
ctorum.

aliquē tractauerit. 5. An inauditâ parte alterâ, eam ex relatione vnius iudicârit, reprehenderit, puniuerit. 6. An temporum ordinem, & actionum, suum, communemq; seruauerit. 7. An subditum quemq; ad supernas rationes direxerit, & ex eirexerit. 8. An protestatus sit DEO insufficientiam suam, ad regimen. 9. An orauerit pro Collegij Personis, negotijs, necessitatibus. 10. An manifestam diligentiam in inuigilando vitauerit. 11. An infirmos corpore adierit. 12. An solatus sit tristes, & omnium vultus, vestesque ac lectos inspexerit. 13. An metum inopia, & diffidentiam in DEVM, admisserit. 14. An omiserit visitationis officium prestare, debitum Externis. 15. An Diarium scripserit, notâritq;, & quo tempore. 16. An inordinatâ molestiâ tulerit Subditorum ad se diffidentiam, vel saltem non recursum. 17. An absq; præuia consultatione fecerit aliquid, quod faciendum fuit præuio consilio. 18. An visitauerit Orationem, vel somnum Fratrum, vel Scholas, atq; lectiones, Templum quoq;. 19. An &



quàm pridem Officij sui Regulas legerit.  
 20. An apud subditos, de subditu, sit  
 questus vitiosè, eorumq; defectus dixe-  
 rit. 21. An amarorè animi, vultu tristi,  
 & impetuoso agendi modo, ostenderit,  
 expresseritq;: an verò lato vultu sem-  
 per fuerit. 22. An defectus Antecesso-  
 rum suorum propalauerit. 23. An sit  
 vsus verbis mordacibus, in arguendo.  
 24. An legerit puncta notata, pro va-  
 rijs Officialibus, vel executionibus.

*Gemitus  
 sub regi-  
 mine.*

Talis erat quotidianus supra sei-  
 plum Censor, Pater Gaspar, & in-  
 terea sub regimine gemitat, rele-  
 gebatque à se conscripta gemitus  
 Gubernationis capita, & ijs per-  
 lectis, sic alloquebatur DEVM.  
 Domine DEVS meus gemo coram Te,  
 ad Te, responde pro me, ita tamen ut  
 spiritus saluus fiat. Iudica, & discerne  
 causam meam, ita tamen ut non mea  
 sed Tua Voluntas fiat. Quod si placet  
 Tibi, auge dolorem. Domine fons o-  
 mnium bonorum, tribue queso mihi sa-  
 mulo Tuo, iniunctum bene gerere Offi-  
 cium, illudq; bonis operibus comprobare.  
 Da, ut in moribus meis consilia Christi  
 fulge-

fulgeant, nec quidquā in eis, inimicus  
suum valeat vindicare. Præstavit virtu-  
tes religiosas in me ostendam, exemplo  
præbeam, admonitione confirmem. In-  
super inuiolabili charitate, in mensu-  
ram ætatis plenitudinis Christi, consci-  
entiā parā, Spiritus sancti Gratiā ple-  
nus, in diem iustī iudicij resurgā, amē.

## CAPVT VII.

Concionatoris munus, & donum  
Prophetiæ Patris Gasparis.

Concionatores maiori est parte  
nasci, quàm fieri, indubium est:  
si enim iuxta Theologos, Gratiā  
simpliciter supponit, & perficit naturam  
multo magis gratia Concionandi  
præsupponit dotes, & talenta na-  
turæ, sine quorum adminiculo, or-  
dinariè qui Concionantur, sunt ve-  
luti æsonans, aut Cymbalum tin-  
niens. Contulerat eiusmodi dotes  
diuina prouidentia Patri Gaspari,  
in gradu planè excellenti. Staturæ  
erat satis iustæ, omnimoda propor-  
tione commensurata. Vultus illi

Talento  
naturæ ad  
Concionan-  
dum

Prophetic9, magis ex continuatio-  
ne ardentium affectuum, quàm ex  
complexione naturali irrubens atq;  
ipso sui intuitu spectantes interdù  
immutans. Vox sonora, & maxi-  
mo cuique Templo par, cui pectus  
amplum, latera firma, affatim ad-  
miniculabantur. Accessit ingeni-  
um longè excedens mediocritatem,  
quo in Theologia ita excelluit, vt  
vix alicui condiscipulo concederet  
primas. Suffragatum quoque est  
illi legendi, adnotandique studium,  
& pertinax quoddam otiositatis  
odium.

His ita præiactis, concessit illi  
scrutator, simulq; motor cordium  
DEVS non vulgarem concionan-  
di gratiam, in energia, & qua-  
dam efficacia sitam, quam ille  
post flagulas Communiones, à  
Domino precabatur, vnà cum  
dono Prophetiæ, non illius mi-  
rabilis, & Extaticæ, sed pro  
utilitate animarum loquentis,  
& utilissimè argumentantis ad  
cor. Concionatus est Lublini, co-



gam Tribunali totius Regni, & in  
Metropoli Maioris Poloniæ, Po-  
lnaniæ, in Templo vrbs primario.  
Fecerat Lublini, vice quadam, Con-  
cionem de Ebrietate, tantâ vi., vt  
plerique ex nobilissimis Auditori-  
bus, statim in Templo statuerint,  
nunquàm se id vitium commissu-  
ros: ex quorum numero vnus Tri-  
bunalista, seu Deputatus, cùm ab  
alio ad Conuiuium inuitatus, in-  
potu nonnihil excessisset, transiens  
vesperi cubiculum Patris Gasparis,  
inclamare cœpit; *Pater Conciona-  
tor, euanuere proposita, qua feceram in  
Concione tua: inebriatus sum, parce  
pre cor.* Ex Cathedra Posnaniensi  
du m ad Prouincialiatum alterâ vi-  
ce obeundum, assumptus esset, pri-  
marij quique ciues, coram Nostris  
sic sunt conquesti. *O Patres, accepi-  
stis nobis Prophetam nostrum.* Ipsi Re-  
gni Proceres, fortunatos se fore  
arbitrabantur, si eum in actu ali-  
quo solenni perorantem, nancisci  
possent. Hinc ad funebres Con-  
ciones euocabatur frequentissimè,

*Conciones  
in principu  
is Cathedrae.*

in quibus ex morte defunctorum, vitam spirituales superstitibus ingenerabat. Id mirum, quod eodem concionandi tenore, & serie semper usus, quibusuis disparatis Auditoribus satisfecerit, ex eademque eius Concione, non rudis duntaxat plebs, sed & eruditus Auditor, aulicæ, & politica auris, quod approbarent, habuerint. Conciones eius non erant phaleratis instructæ verbis, aut natorum ad apparentiam, parentes conceptuum, multoque minus adulatorijs semifætidæ lenocinijs, sed spiritu DEI plenæ, doctrinæ, & visceroso, interdumque graui affectu pollentes. Conque- rebatur non semel, raros esse Concionatores, qui non erubescant tertium facere tonum, hoc est, vehementi motu in peccatores, liberè, discretè tamen inuehi. Sexagenarius iam cum esset, à Serenissimo Ioanne Casimiro Poloniarum Rege expetitus, vt sibi à Concionibus esset, vrgentissimas scripsit excusatorias, in quibus inter

*Conciones  
Spiritu  
DEI ple-  
na.*

*Excusatio-  
nes à re-  
gijs Con-  
cionibus.*

cætera

extera ait; De morte, & DEI iudicio, breui mihi venturo, cogitandum est, non de plausibus Concionatorijs. Oppositum quoq; modum concionandi habeo, ei, qui ad Aulam amatur, vbi documenta, & affectus respuuntur, Conceptus tantum, & nouitates, subtilitatesque expetuntur, quod genus Concionandi mihi absouum videtur, & contra Ecclesie, Patrumq; morem, contra Bonum populi Christiani, contra finem Concionum, contra DEI placitum, quem morem mihi nec conscientia, nec consuetudo amplecti sinit.

20 Quali ad Conciones apparatus vsus fuerit, quemque in ijs modum tenuerit, colligi potest ex quibusdam monitis Concionatorijs, quae in quadam semitrosa pagella, manu eius conscripta reperi, sicque se habent.

I. Concionator scribat Concionem tempestiue, integre, vernicula lingua, eam scriptam relegat, atque corrigat attentè, & quasi

*Monita  
Concionatoris.*

*Possessio  
scripta  
Concionis*



quasi in ordine ad discendum memoria, legat, aduertendo nexum partium, & iuncturam, digressiones, & transitiones à parte ad partem.

*Affectus*  
*Com. 1000.*

2. Non est opus, vt memoriâ discat Contionem verbatim, prout scripsit, sed sufficit ipsam materiam, & neruum Concionis benè memoriâ tenere. Affectus tamen insigniores notandi sunt, & quantum fieri potest, ad verbum discendi; ad quos vt inter Concionandum aptè postea assurgatur, oportet in Concionatore sciri semina affectus, eaque spargi in dicendo, tum etiam transitionem ad illos affectus memoriâ teneri, nisi forte in dicendo meliores occurrerint, fit enim, vt Concionator affectus, quos aptè scripsit, frigide dicat, quia non commodè, nec præiactis fundamentis, ac seminibus in eos prorumpit.

*Scopus Cō*  
*1000.*

3. Scopum semper, & finem Concionis habeat, non persuasione nudè, & in genere, sed materia

riam persuadendam. Et quando paraturus est Concione, hoc primò statuat. Quid volo persuadere hac Concione, atque in Auditore efficere? & ad id Propositū, Euāgelium, aut materiam accommodet, rationes, argumenta, auctoritates, affectus, Exempla coaceruet, atque illicò aut materiam dicendi habebit paratam, aut certè non voluet libros in incertum, sed ex destinato quæret in talibus, qui accommodata ad finem tractarunt.

4. Dicit ipse sibi priuatim, atque veluti concionabitur ex memoria, elocutionem sibi parando, atque promendo, Capita tamen rerum dicendarum ex charta petendo: Hoc enim valdè vtilè, & summe necessarium est, sic namq; probat Concionator seipsum, aduertit quam partem malè, quam bene possideat, quam minus benè, quam explicet commodè, in qua ieiunus sit &c.

5. Non curet amplificare Concione verbis, sed rebus: hoc enim

*Concio  
prius in  
priuato dicenda*

*Amplifi-  
catio Con-  
cionis per  
res,*

nim & vtilius, & efficacius est pro  
Auditore, & facilis pro memo-  
ria; cum facilius sit retinere, quæ  
fit ratio, quæ auctoritas Scripturæ,  
quis Doctor, quod exemplū, quod  
Simile adferendum, quam quod  
verbum; quæ sententiola, quod  
comma, quæ antithesis, quæ expo-  
litio, &c. Et non negarem varie-  
tatem dictionis conferre ad me-  
moriā, vt si primò dicatur sim-  
pliciter assertiue, postea per inter-  
rogationem, per præteritionem,  
per apostrophen, &c. Tunc enim  
si memoriā teneat, ordinem figu-  
rarum istarum, elocutio facillimè  
tenetur, & habetur.

*Inculcan-  
da Gtilio-  
ra.*

6. Habeat benè perspectū, quæ  
nam partes, & puncta Concione  
suz sint efficaciora: copiosiora, v-  
tiliora, magis inculcanda. vt in his  
laboret plūs; & ante dictionem,  
& inter dicendum.

*Quomodo  
memoria  
iunctur.*

7. Adnotet etiam in Concione  
sua locos quasi communes sibi per-  
spectos, in quibus immorari, vel in  
quos excurrere possit facilè, ac su-  
bito,



bitò, si fortè illum casu memoria fallat. aut pars aliqua dicendorum, non statim, nec còmodè occurrat.

8. Partiatur Concionem in partes, partes in puncta. Partes concionis tractet per modum discursuum. & si placet per modum Chriarum: etsi non semper omnes Chriæ partes, in singulis discursibus adhibendæ sint, sed quædam in vno, quædam in alio, varietatis & regendæ artis causà, & potissimus locus auctoritatibus Scripturæ enucleandis, vel in ordine ad mores formandos, vel in ordine ad voluntatem inflammandam, tribuetur.

9. Curet in sua Concione, Auditorem in aliqua virtute Theologica, præsertim ad Christum, & eius imitationem, ore ad vitæ còmunem vsum conducente, erudire, & quasi illuminare semper: gratum enim hoc, & vtile Auditori, prodestque ad opinionem Concionatoris, & maximè ad fructum Concionis: Videre enim est sæpe, quòd

*Partes Cò  
cionis quo  
modo tra-  
henda.*

*Concio in  
quibus sū-  
danda,*

quòd excitetur populus, & nesciat ad quid, & iubetur facere, non docetur, aut quid, quare, quomodo? vel si docetur, non ex fundamentis solidis, non ex Theologicis, non ex Fidei fundamentis, vno verbo, non conuenientibus: hinc fructus nullus, aut paruus, post multas, & longas, & scilicet feruentes Conciones.

*Modus af-  
fectuum  
in Concio-  
nibus.*

10. Concionum affectus magis deberent esse compassiui, quàm reprehensiui, hoc est, vt Concionator ostendat se compati, peccatoribus, Politicis, auaris &c. quòd vanitatibus seruiant. Quid vobis prodest? quid confert? quem fructum nunc habetis in ijs, in quibus nunc erubescitis? talis enim affectus non mouet odium in Concionatorem, nec indurat animum, sed emollit, & conuincit sensim audientem, cuius defectu, male cedunt Concionatoribus inuectiuae, censuræque morum, adeò vt appellentur interdum tales, Concionatores Satyrici.

11. Quan-

ii. Quando est aliquo in loco Concionandi Officium inchoatur, curet cognoscere statum loci, & genium hominum, siue Auditorū, scire curet quale dicendi genus, qualem Concionatorem maximè Auditor suus futurus probet, quid placuerit in suo antecessore, aut displicuerit? quæ vitia sint indita in loco? vt ijs non statim impugnantis incumbat, sed prius animos capret, & deuinciat, Auditoris, potissimum humilitate, facilitate conuersationis, charitate, & apertis signis, atque studijs profectus, salutisque animarum. Quid populus vulgè desideret emendari; Quid oblitteratum sit, bonæ & priscæ consuetudinis in vrbe; Quid boni possit fieri, excitarique in loco, & Auditote. Item quæ sit Templi natura, & quæ Cathedræ constitutio, quam ad partem potissimum se vertere Orator debeat inter dicendum; an rectus stare, an se versare, an inclinare possit? Habeat aliquem Commissariū, homi-

*Genis Auditorum intelligendus.*



nem, siue ex domesticis, siue etiam ex Externis, fidum & probatum, à quo intelligat per se, vel per alium, sensa Ciuitatis de se, deq; suis Concionibus, de affectu populi, quid desideret in illo &c.

2. In omni Concione conetur coniungere doctrinam, & motum, hoc est, conuictionem intellectus, & impulsionem, seu excitationem affectus, ita, vt illa hanc præcedat, iudicij autem erit, videre ex circumstantijs temporis, loci, maximè Auditoris, cui plus tribuendum sit, rationi, an affectui? Cæterum quantum ad conuictionem intellectus, obseruet Concionator, vt veritatem quam probare intendit, vel ex primis, aut saltem ex altis principijs deducat, & hac occasione, ex iisdem principijs, quasi obiter, & tantum ex itinere, atamen seriò, & utiliter, conclusiones aliquas siue annexas, siue etiam disparatas inferat: hoc enim & erudit Auditorem, & delectat simul, & præterea fidem conciliat rationi,

Doctrina  
& motus  
in omni  
Concione.

rationi, ad propositam, & intentā propositionem probandam. Maxime autem principia illa alta, quæ dixi, deberent esse, vel fidei articuli, vel naturali lumine nota, vel in Comuni sensu posita. Verum in hoc curandum est Concionatori, ut ipse rem bene possideat, & vim rationum clarè penetret, clarèque explicet, ne fortè quod volebat illustrare, obscurer. quare non erit satis, tales discursus, & deductiones scribere, sed etiam ipso rationis, & memoriæ labore, atq; cōnessione, bene ante, concionem repetere, ruminare, penetrare.

13. Concionatorem oportet esse perfrictioris frontis, si utiliter dicere, & si Conciones sibi succedere vult bene, hoc est, ut non velit summè bene Concionari, sed putet hoc se non effecturum, ut omnib<sup>9</sup> placeat, proinde resoluat se, ad subeundas reprehensiones, & tantū prodesse intēdat, atq; curet: multos enim vidi noluisse Concionari, tantū solo metu successus mali, Cō-

*Non magis  
suadens  
malis successus con  
cionis.*

cionis, qui tamen potuissent bene Concionari, si voluissent videri ineptius Concionati esse. Nimirum, velle pro stulto haberi, dat libertatem agendi, velle prudentem videri, tollit libertatem: Opus enim difficile est prudenter agere omnia, cui dum quidam inhiant, & difficultatem vident, tandem nihil agere eligunt, & non vident se in hoc stultissimos esse.

14. Concionator frequenter argumentetur, & concludat ad hominem, contra populum, & proposita efficaciter, atque euidenter veritate, dicat populo, & auditori, vt ipsemet iudicet de se, vel de re, ipsemet inferat ex principio Conclusiones, & sic ex eorum ore illos iudicet, damnet. cogat in suam sententiam. Vtilissima certè hæc praxis, & ratio dicendi, præsertim post allatas aliquas fortes, & euidentes rei propositæ rationes.

*Concio nõ  
fit in ab-  
strac-  
tione.*

15. Non est utilis illa ratio Concionandi, quæ est quasi abstracta,



& tantummodò veluti declamati-  
ua. Sed utilis est specifica, parti-  
cularis, in indiuiduo dans instanti-  
as, alloquendo, & fermocinando  
cum Auditore, & familiariter cõ-  
descendẽdo, & eius iudicio permit-  
tendo, & denique ostendendo quòd  
illi ipsi Auditori loquaris, facien-  
doque, vt Auditor concipiat, &  
apprehendat, sibi, & de se, rebusq;  
suis dici, & tractari: hæc inquam  
ratio Concionandi est utilissima.

16 Ego hoc in me notauì, (dicit  
de se Pater Gaspar) quod mea ra-  
tio concionandi, sit plusculùm au-  
stera, & seuera: hinc postea ter-  
rentur aliqui à mea conuersatione,  
& Confessionibus: talem enim me  
imaginantur in Cõfessionibus, qua-  
lem vident in concionibus: & hic  
perplexus sum, expeditne molliorẽ  
dictionem sectari? an potius con-  
tinere Auditorem, vt non audeat  
peccare, quando scit Concionato-  
rem talem se habere, qui non so-  
let parcere. Sic existimo autem  
rectum esse, vt primas conciones

*Judicium  
P. Gaspa-  
ri, de su-  
a Concio-  
nibus.*

*Zenitate  
prastruen-  
da*

in aliquo loco semper faciam le-  
niores, & blandiores, donec affe-  
ctus populi, & opinio comparetur.

17. Crebrò Concionator postu-  
let à DEO aperiri sibi sensū Scriptu-  
rarum, & donum atque spiritum  
Prophetiæ. hactenus verba eius.  
Per Spiritum hunc Prophetiæ, in-  
telligebat ille peritiam quandam  
supernaturalem, & energiam in lo-  
quendo ad cor.

*Donum  
Prophetia*

Quamquam etiam donum Pro-  
phetiæ strictiùs sumptum, collatū  
fuisse videtur Patri Gaspari inter-  
dum, (nam nec in alijs Prophetis  
fuit perpetuum, & actu semper per-  
manens) quod non vnus probauit  
euentus. Conuenerat ille extremè  
ægotantem, Illustrissimam Ducē  
in Ostrog, Palatinam Vihensem,  
Fundatricem duorum nostrorum  
Collegiorum, fæminam, cui virtus  
mascula, eaque eximia inerat sem-  
per. Hæc die quodam, (erat is  
Sabbati dies) & iudicantibus Me-  
dicis, & ex ipsa lucta vitæ, exspi-  
ratura videbatur, attulit huius rei  
Nunti-

*Concionatoris.*

119

*Predictiones Patrio  
Gasparis.*

Nuntium Patri Gaspari priuatim oranti, alter quidam Pater, vtque Illustrissimæ vltimùm valediceret, eamque agonisantem disponderet, expetiit: Tum ille, nequaquam hodie morierur, inquit. sed post triduum, die S. Chryostomi (cuius tunc Festum inciderat in Feriam tertiam) hic enim Sanctus impetrauit sibi illam donari à DEO. dictum id fuisse Prophetico spiritu, exspirans Illustrissima eo die, probauit.

Alteri cuidã celebri, & virtute & profapia faminæ, miraculis præterea claræ, opera Nostrorũ in Sacris vtenti, Domina Tomicka, prædixit, eam, obsequio Nostrorum in morte carituram, quod & euenit.

Illustrissimo Zamoycki, Regni Cancellario, vaticinatus est, Consortem eius, primo & secundo partu, Filiam, tertio partu Filium edituram: Vaticinio fidem euenus fecit.



## CAPVT VIII.

*Modus à Patre Gaspare obseruatus, in dirigendis proximis, ad statum Religiosum.*

*Securitas  
status Re-  
ligiosi*

**F**ELICITATUM Noui Testamenti ipsa plane medulla est, Status Religiosus, in Consilijs Christi fundatus, & infallibilem salutis æternæ promissionem, ex vi talis status, adnexam habens. Proinde directio proximorum ad talem statum, non potest non esse magni coram DEO meriti, si tamen fiat secundum probatas prudentiæ asceticæ regulas, quas à Patre Gaspare apprime obseruatas fuisse, edocet praxis, quæ sibi in eo genere præscripserat, & quam verbis eiusdem exponendam hoc loco duxi, ita igitur ait.

Primum omnium certum est, non probari in Societate nostra, quenquam ad statum Religionis induci, vt patet ex Regula Sacerdotum 23. quæ id Confessarijs expressè prohibet, Et ex Regula 7. Patris Congregationis. Ex directo-  
rij

*Ad statum Religiosum.*

121

rij quoque Exercitiorum Cap: 15.  
Nihilominus & illud certum est,  
Finem Societati propositum præci-  
puum esse, vt præter salutem perfe-  
ctionemque propriam, etiam im-  
pensè in perfectionem proximorū  
incumbamus, dicente Regulâ 2.  
Summarij. Cū ergo dubium non  
sit, perfectionem proximi in statu  
potissimum religioso sitam esse,  
meritò etiam dubium mihi esse  
non debet, ex præcipuis Instituti  
Societatis partibus esse, cooperari,  
vt illò proximi promoueantur.  
Medium igitur quod hac in re So-  
cietas amplectitur, sciendum est.  
Nempe vetat Societas, directè ho-  
mines trahi quibuscunque persua-  
sionibus ad Religionem, exoptat  
tamen impensè, eòdem promoueri  
proximum, sed ijs duntaxat modis,  
vt dirigatur in via spirituali, vt  
non ponat obicem diuinæ vocati-  
oni, vt illam vltro oblatam non ex-  
cutiat, vt agnoscere, & discernere  
sciat vocem DEI trahentis, illique  
obsequatur, similibusque alijs ra-

*Directè  
trahere  
ad Religi-  
onem non  
est consul-  
tum.*

H 5

tio-

*Modus dirigendi*

*Bis immit-  
teda. falx  
in Messem*  
D. 1.

tionibus, quibus in ijs terminis  
sistitur, vt opus ipsum vocationis,  
diuinæ totum permittatur volun-  
tati, solùmque adhibeatur directio  
ad hoc, vt talis vocatio vel con-  
cipiatur, vel dignoscatur, vel deni-  
que acceptetur, & executioni man-  
detur. Hos terminos si fuero egres-  
sus, putabo me falcem in alienam,  
nempè diuinam, messem misisse,  
proinde illud, vt indignum cauebo.

Cognitis his meis partibus, co-  
nabor me operarium Christo præ-  
bere inconfusibilem, ac primùm  
materiam mihi diligenter seligam,  
circa quam pro Christo laborem.  
Examinabo me ipsum, qualiter mi-  
hi commissum sit à Superiore hoc  
Officium, cùm proximis tractan-  
di, (sine voluntate enim Superi-  
orum, certum est mihi me ipsum  
intrudere non debere) vg. si sum  
Confessarius Templi, Congrega-  
tionisue, vel præfectus Congre-  
gationi, aut Scholis, vel in aliquo  
alio officio iuuandi proximos, po-  
situs. In ijs ergo circumspiciam.



an aliquos mihi DEVS proposuerit tali statui aptos, hoc est quorūnam ætas sit idonea, indoles ad virtutem propensa, ingenium ad studia excellens, maximèque qui non sit habiturus difficultates illas magnas Cognatorū, ob quas fortè inaniter tandem laborarem, item constitutionem corporis sat validā, compactamque, nec morbis obnoxiam, constantiam animi in Bono, & candorem in tractando, nec versatile, versutumq; ingenium, simul verò hic intelligam, quò aptior quisque offertur ad Regnum DEI, statumque religiosum, eò potiores, me partes indultriæ, in illo iuando, debere ponere, iuxta sequentia media.

Hinc opus ipsum aggredior. Primumque medium erit in ijs, quæ ad DEVM sunt; Orabo frequenter DEVM ipse pro talibus, maximè in Sacrificijs, & similiter ut orent alij, curabo. Offeram DEO mortificationem, & laborum aliquid meorum: ita enim factitabat  
S. Pau-

*Qualitas  
dirigen-  
doris ad  
Religionē*

*Modus dirigendi*

S. Paulus, alijque Apostoli cum novis Christianis, 2. Thessal. 1. In quo, inquit, etiã oram<sup>9</sup> semper pro Vobis. Cũ proximis cauebo diligẽter, ne me illis faciam familiarem nimium, sic enim faciam me simul contemptum, vel certẽ suspectum. Cauebo etiam, ne illis, quæ sunt domestica Societatis, & intrinseca, euulgem: hoc enim esset allicere ad Societatem, cùm tamen id Deo soli sit permittendum, vt alliciat, quò vult. Post hæc in illis duo præstare conabor. Primum quidẽ, vt impedimenta remoueam perfectionis huius, quantum in me est. Deinde vt dispositionem debitam inducam. *Impedimenta sunt duplicis generis. 1. Peccata. 2. Amor nimius Terrenorum, maximè prauæ consuetudinis, & familiaritatũ, qui amor est seminarium scelerum. Dispositio autem in eo est, vt vehemens concipiat desiderium, animã saluandi, Deo seruiendi quàm perfectissimè. Circa hæc totum meũ auxilium erit, reliqua Deo permittam.*

*Impedi-  
mentis tẽ-  
dentium  
ad Religi-  
onem, &  
dispositio.*

eam. Porro circa amolitionem peccatorum, non ero contentus, vt inducam ad fugam peccatorum mortalium, (hoc enim omnium Christianorum est) sed ad quam maximum odium etiam venialium, vt umbram etiam ipsa voluntarij peccati fugiant, adeoque & ipsas occasiones. Quoad amorem verò secularium rerum extrudendum, vanitatem, & deceptionem mundi proponam. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Eccle: 1. Iam verò quoad dispositionem, inducam, vt sibi persuadeat, DEO se omnia debere: Dignum DEVM esse eius obsequio, & vt ad omne eius beneplacitum parati simus semper, propter tot beneficia, promissaque eius.

*Media ad hac ipsa praestanda, erunt* hac. In Concionibus, Exhortationibusque publicis (si haec sunt mei muneris) frequenter miscebo ea, quae inducant ad mundani amoris fugam, ad promptitudinem erga DEVM.

a. Habebo in promptu argu-  
**menta**

*Media duo  
spositiva  
ad Religi-  
osum statu-  
sumo.*



*Modus dirigendi*

menta singularia, variaque, quæ ad hoc genus valent, tum ex turpitudine peccatorū, tum ex damnositate, & pænis, tum ex Passionis Christi, tum ex Beneficiorum Dei, tum ex Promissorum consideratione, tū ab exemplis quotidianis, tum ex consideratione quatuor Nouissimorum.

*Adiumentum  
spiritus  
generalis*

3. Similiter in promptu habebō sententias Sacræ Scripturæ, Patrumque, breues sed efficaces, similitudines, exempla &c.

4. In lectionibus, vel aliàs (si docendi munere fungar) quæ sita occasione, excurram in mundi pericula, vanitatem, salutis in mundo difficultatem, securitatem Religionum &c.

5. Priuatis colloquijs idem præstare conabor.

6. Suadebo Confessionem Generalem vitæ totius, si nunquam fecerint, Examen quotidianum. Præxim Contritionis, præmonito Confessario, in quem finem ea Confessio fiat, vt & ipse pro sua parte iuuet.

7. Com-

7. Commendabo alicuius libelli boni lectionē, assignato tempore & modo legendi, & interdū inquirā de fructu lectionis, docens quomodo se ad interiora reducere, & se supra se reflectere homo debeat.

8. Artem meditandi quotidie, docebo, ostensa methodo, & materie, vt sciant per intellectum discurrere, & fructūs, doctrinasque pro suo vsu colligere, tum per voluntatem ad illas conuictiones affici; Meditando enim homo, Deo iuuante, ipse se inducit ad fugā sæculi.

9. Proderit interdum ei, quem curo, explorare suas affectiones in vtramque partem.

10. Inducam ad dandum nomen Congregationi B. V. studiumque, filiali affectu prosequendi illam Matrem omnium.

11. Exercitia Spirituality commēdabo, & interea non statim admittam, sed desiderari, diu differendo, faciam.

12. Socios bonos suadebo, cum quibus corrigi, & proficere possit.

*Particularia magis media ad dispositionem prædictam, hæc erunt.*

*Adiumentum spiritus  
particula  
via.*

1. Confessionem hebdomadariam suadebo, Communionem paulò rariorem.

2. Docebo modum Communionis deuotæ, Confessionisque fructuosæ, & diminutionem vitiorum in se inducentis.

3. Inijciam cogitationem de statu deligendo, necessariam nec differendam esse.

4. Habendum esse finem, & scopum certum studiorum, ( si studiosus sit ) eumque salutarem animæ, & DEO gratiosum esse debere, non vanitatis plenum, docebo

5. Disponam, vt magnificent inspirationes diuinas, iuxta illud; *Audiam quid loquatur. Hodie si vocem eius audieritis. Loquere Domine quia audit seruum Tuum. Domine quid me vis facere?*

6. Docebo quanti momenti sit initio statim vitæ, virtutem amplecti, voluptatem odisse, maturè vitæ statum quæsisse, & delegisse.

7. Indu-



*Ad statum Religiosum.*

129

7. Inducam, vt ipsi quoque in eum finem orent, Communicent, aliquid Deo offerant.

8. Cùmq; stabilis in Bono videbitur, suadebo, vt curet sibi Platum de Bono statûs religiosi, vel illum, ipse, magni muneris loco, mutud dabo.

Vbi aduertero bona esse desideria concepta religionis, iubebo illa Deo commendari, diligenter examinari, & inspicere; præsertim motiua, quæ ad Religionem inducunt; an purè DEI Gloria, salusque animæ propriæ, & perfectio spectentur? Interim proderit illi qui habet desideria concepta non cui libet fidere, nec canere tubâ ante se, nec Vnctionem Spiritus Sancti, palàm cuius aperire, aliàs subintrantes muscæ, tollent odorem vnguenti. Hæc erat praxis Patris Gasparis in dirigendis ad statum Religiosum, ex cuius occasione id aduerto, & miror; tantam cautelam à Viris Spiritualibus adhiberi, in promotione ad statum Religiosum,

*Examen  
motiuorū  
inducen-  
tium ad  
Religionē.*

*Maior de  
liberatio  
requiritur  
ad statum  
secularē,  
quam ad  
religiōsū.*

cui statui promissio Christi alligata est de salute æterna ex vi statūs, hominesq; mundanos, semper clamitare; Diu deliberandum est de vocatione religiosa. E contra autē in deligendo statu Matrimoniali, Militari, & alijs, quibus ex vi statūs non est promissa à Christo salus æterna, eosdē homines Mūdanos temerē agere, vix aliquid deliberare, nec deliberationē in alijs requirere, cū tamē in his potius deberet exquiri; Vtrū sit voluntas DEI, an nō Spirit⁹ Carnalis, mūdano respect⁹, illicitū & illectamentū humanum?

Sed prosequamur alia, eandem Materiam directionis ad statum Religiosum, concernentia. Præter supra dictam praxim habebat Pater Gaspar in promptu pro deliberantibus, hæc quæ sequuntur.

1. Salutem æternam consequi indubitanter debeo, & volo: ad hoc enim à DEO conditus, & redemptus, & Christianus sum.

*Capita de  
liberatio-  
nis de sta-  
tu.*

2. Salutem hanc cōsequi debeo, & volo, per media mihi à DEO non tantum

tantum communiter, sed etiam specialiter ordinata.

3. Inter media ad salutem mihi ordinata à DEO, est status vitæ, quæ cum nesciam quis sit, indagare illū debeo, & volo: Sicut enim sine medijs, non venit ad finem, sic & sine statu vitæ ad salutem, cum stat⁹ vitæ sit medium salutis.

4. Indagandus est ergo status vitæ, & quidem talis, quem mihi DEVS ordinavit, non quem mea propria voluntas, cæca & mala, nō quem caro, & sanguis, non quem successus mundi offert.

5. Status iste vitæ non est ex hoc mēsurandus, quia in eo saluari possum: in omni enim statu, qui peccaminosus non est naturā sua, saluari possum, sicuti & omnes possunt. Sed in eo, in quo me DEVS saluare decrevit, in quo saluari debeo, in quo saluandus sum, in quo certior salus mea.

6. DEI ergo voluntas est mihi indaganda, de meo statu: neque debeo præcurrere voluntati DEI, neq̄



illi obluſtari; ſed quem ipſa vult, velle, quem non vult, nolle, ac proinde ad omnes ſtatûs vitæ licitos, quantum ex me indifferens, & reſignatus eſſe debeo, quamdiu ad aliquem certum, diuinæ volû- tatis pondus non acceſſerit.

*Innotefcã-  
tia Solùm-  
qatû diui-  
pe circa  
ſtatum.*

7. Voluntas DEI non debet ex- peſtari, vt innotefcat per ipſius DEI ſermonem, & manifeſtationem, aut per Angeli alicuius: hoc enim eſt DEVM tentare, & ſe periculo diabo- licæ illuſionis exponere. Sed modis proportionatis ordinariæ DEI con- ſuetudini, quam ille ſeruat in diri- gendis hominib<sup>9</sup>, in negotio præ- fertim ſalutem animæ concernen- te; vt ſunt; abſtinere à peccato, o- rare DEVM, Sacramenta Pœniten- tiæ, & Euchariſtiæ uſurpare, mor- tificationes carnis aſſumere, conſu- lere peritos, qui non tua, non ſua, ſed te, ſed DEVM querant, qui ſo- lùm te ſaluari, DEVM glorificari, cupiant.

8. Sunt igitur inſpirationes DEI, & inſtitutus attendendi, quibus DE-

vs pro sua omnipotentia, atque misericordissima Sapientia, cor hominis monet in memoria, illuminat in intellectu, moget in voluntate, delectat in omnibus istis tribus potens, perstringendo cor, & inclinando huc & illuc, nunc spe certitudinis salutis, nunc timore periculoque damnationis, nunc suauitate virtutis, aut talis ac talis rationis viuendi, ac agendi.

9. Has inspirationes DEVS ordinarie adhibet, ad intimandum statum, à sua voluntate homini definitum, raro adhibet modos extraordinarios: Proinde his ordinarijs debeo esse contentus, & si eos habeo; eos expendere, & expensos sequi debeo, securèque possum, adhibito consilio, non meo tantum, sed eorum etiam, quibus & vita mea nota, & gloria DEI cordi, & status animæ meæ cognitus, & sola salus mea curæ est.

10. *Has inspirationes, intimationes, que voluntarij diuinae, de meo statu, in quo saluet, & saluari me DEVS vult, ex*

*Signa in inspiratione diuina.*

*Modus dirigendi*

*tribus præcipue signis conijcere possum.*

*Primo*, Si eas DEVS opportunè, & quandoque minimè disposito obtrudit, & ingerit alia agenti.

*Secundo* Si eas dat, & suggerit DEVS, siue quod idem est, si veniant vltro, quærente vel non quærente me, inter orandum, inter vsum Sacramentorum, in auditione verbi diuini, in lectione Spirituali, in casu aliquo, euentuque subitaneo, læto, vel tristi: est enim vtrumque hoc signum, vigilantis circa me, & meam salutem, gratiæ, ac vocationis diuinæ.

*Tertio* Si experior in me, sentioq; oblectationem, & voluntariam, affectatamque surdescentiam, contra tales inspirationes, quo nullum est certius signum diuinæ vocationis, adeò, vt ipsis reuelationibus sic præferendum, & est demonstratiua ratio, causaque huius rei: illa enim pugna, repugnantia, & affectata obsurdescentia, ac repulsa, signum evidens est, duos esse in meo corde spiritus, quorum vnus est pro salu-

*Signum  
præcipuū  
vocationis  
diuinæ.*



te mea, esto contra carnem, Sanguinem, superbiam, libertatem, amoremque proprium, & mundi; alius pro me, & pro mea carne, voluntate, Sanguine, Mundi studijs, contra salutem, aut saltem cum dubio, periculoque salutis. Ex quo discrimine spiritum facile est colligere; quis sit à DEO, quis contra DEVM: Nam qui ad salutem certiozem vocat, contra carnem, Mundam, &c. ille sine dubio est diuinus, proinde mihi eligende, tanquam salutaris, & certum pignus, indubiusque dux: qui verò est contra salutem, aut cum eius incertitudine, & pluribus certioribus, communioribusque periculis salutis coniunctus, pro sanguine, carne, Mundo, ille procul dubio diuinus non est, proinde non nisi cum discrimine salutis eligetur.

11. Ad has igitur, similesque inspirationes, & intimationes voluntatis diuinæ, de meo statu, & salute, me examinare, & eas examinatas sequi debeo, & volo.

*Consilium peritorum circa electionem statim adhibendum.*

12. In quo ne errem, præter adhibita media Sacramentorum, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, item orationum, afflictionumque corporis, & spiritûs, utar quoque consilio peritorum, nihil aliud requirens, nisi beneplacitum DEI, & meam certiolem salutem, facilio-remque: monet enim Spiritus Sanctus; ne innitaris prudentiæ tuæ, quod maximè verum est in negotio salutis æternæ perplexissimo, & plurimis scopulis, erroribusque obnoxio, ut experientia cuilibet magistra est, adeò ut non pauci eligant sine consilio statim inire potius, quàm salebras consultationis de- uorare, quod est aliud nihil, quàm de salute sua æterna aleam iacere.

*Subnectebat præterea, legendasque dabat deceptiones in eligendo statu interuenire solitas, quarum.*

*Prima est, non fidere, occultareque se, nec velle consulere, immò fugere eos, qui dare volunt, & pol- lant consilium, cùm tamen Spiritus Sanctus cum simplicibus ser-*

mocinetur, & fugiat fictum.

*Secunda* est, inueterata, & præiudicata affectûs applicatio ad aliquem statum, siue ad personam, in aliquo statu positam, cuius causâ ipse status amatur: Cùm tamen affectus, tenebræ sint, ratio verò lux: qui lucem odit, malè agit, & facilè offendit.

*Deceptiones in eligendo Vita Statu.*

*Tertia* est, hanc solam in electione statûs sequi regulam, & normam; Possum in hoc etiam statu saluari, bene igitur est, sat est, hunc inibo. Deceptio igitur est ista, aliud est posse saluari, aliud saluatum iri.

*Quarta* est, Respectûs humani, quid dicent hi, quid illi? At quid dicet DEVS, quid Sancti? quid tu moriēs? quid dices tu ipse damnat?

*Quinta* est, præsumptuosa, & negligens in DEVM fiducia, dicendo, Committo hæc DEO, scit DEVS quid mecum futurum sit, hoc fiat quod statuit de me DEVS: Cùm tamen sciat quidem DEVS, quid de te futurû sit, velit tamē te facere, quod

*Aliud est posse saluari, aliud saluatum iri?*



in te est, otiosumque te saluare non velit, immò otiosum te damnare velit.

*Sexta* est; hærere in ancipiti, nullam vim inferendo sibi, nec dubijs finem imponendo, certâ determinatione: Cùm tamen Regnum Cælorum vim patiatur, & violenti rapiant illud, violenti sibi, violenti sunt Cælo. Audi quid dicat DEVS; Utinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.

*Septima* est; trepidare perfectiorem vitam, tanquam duram, asperam, & in qua perseuerare difficile sit. Sensit hoc ipsum initio Conuersionis, Sanctus Augustinus, hæsitanter mori morti, vt vitæ viuere, donec audiuit clamantem DEVM. Quid in te stas, & non stas? proijce te securus in DEVM, nolueris metuere, proijce te, excipiet te (ô homo) & sanabit te. Idem ergo dici tibi puta; Qui dabit velle, dabit & perficere, qui hæc dat nosse, dabit & posse. Nihil ex tua parte desit

*Horror & timor  
sa perfe-  
tioris, si-  
ducia in  
DEVM ex-  
pellendq.*

*Ad statum Religiosum.*

149

desit, ex parte nihil DEI deerit.

*Quodsi aliquis perplexus erat, inter aliquos Statūs, Ignarus quemnam eligere deberet, ei hunc modum suggererat Pater Gaspar. Inuocato DEI auxilio tempore commodo.*

1. Cogita quis ex his Statibus, tibi videatur esse magis placens, gratus, acceptusque DEO.

2. Cogita, quis ex his Statibus, tibi videatur pro anima tua securior, & facilior.

*Modo eligendi Statum Vita.*

3. Cogita quis ex his Statibus, sit Christo Domino, vitæ eius, doctrinæque conformior, & similior.

4. Cogita, in quo ex his Statibus, possis esse proximo utilior, ad Salutem animæ.

5. Cogita, quis ex his Statibus, sit viribus corporis tui, dotibusque ac talentis tuis aptior, & in quo utilius pro DEO, talenta tua impendere possis.

6. Cogita, ad quem ex his Statibus, tacito, & interno, identidem repetito mentis impulsu prouocaris, & moueris, quamuis remanente sensuali horrore.

7.

*Mortificatio exterior*

7. Cogita, in quo ex his Statibus, facilius Deo rationem vitæ tuæ redde e poteris, in morte, & in Iudicio DEI.

8. Cogita, in quo ex his Statibus, pluribus occasionibus ad bonum, paucioribus verò ad malum, abundabis.

*Cogitatio  
utilissima*

9. Cogita, in quo ex his Statibus, facilius in Bono perseverare potes.

10. Cogita, si nunc morereris, in quo ex his Statibus, velles mori. Ad has interrogationes, in omni sinceritate, coram Deo, tibi responde, & pro quo Statu plures responsiones habueris, eum deligere, consulto eo, cui fides in Domino.

## CAPVT IX.

*Mortificatio exterior, seu afflictio proprii Corporis, adhibita à Patre Gaspare.*

Qvod olim Gentium Apostolo, Paulo in vltu fuit; *Castigo corpus meum, et in seruitutem redigo, ne*  
*scord*



fertè cum alijs predicauerim, ipse re-<sup>ad Co-</sup>  
 probus efficiar, idem Pater Gaspar <sup>vinhi 9.</sup>  
 exactè usurpabat: quamuis enim,  
 quoad exteriorem apparentiam, in  
 oculos intuentium non incurreret  
 ea, corporis ad seruitutem spiritus  
 redacti, castigatio: Sub finem ta-  
 men vitæ clarè apparuit, quàm  
 fuerit studiosus huius virtutis:  
 Cum enim in extrema ægritudine,  
 corpore vix hæreret, nec nisi aliena  
 operâ moueri posset, in dextra eius  
 scapula, apparuit vulnus crudissimū,  
 magnitudinæ volæ vnius latum,  
 longumque, ex diuerberatione tu-  
 melcens: totum præterea corpus  
 lividum, & contusum. Sic, quod  
 olim in Saluatoris nostri dor-  
 so, peccatores, in tergo eius San-  
 ctimonia ipsa fabricauerat. Repe-  
 perta sunt post mortem eius com-  
 plura afflictionis huius instrumen-  
 ta, sanguine madentia. Præter vir-  
 gas, quibus puer iste Domini, sin-  
 gulis noctibus se se castigabat. Præ-  
 ter flagella, tam ex filo ferreo, quæ  
 ex funiculis, & loris, quæ obse-  
 quenti

Corpus in  
 morbo.

Instrumē-  
 ta mortis.  
 castigationis  
 exterioris

quenti adhibebat iumēto suo; præter pectines duos ferreos, quibus radendo corpus, comebat animam: præter cilicium, quo loricabat virtutem, inuentum est in armamentario patientiæ eius, quoddam ad instar hemisphærici globi, cerâ tecti instrumentum, cuius superficiiei peracutæ acûs confertim inhærebant: Singulæ autem acûs à summo, ad calcem vsque, sanguine opletæ, voluntarium Martyrem pictoria veluti acu ad viuum exprimebant.

Quinduplici itaque in affligendo corpore, utebatur instrumento, nempè virgis, flagellis varijs, cilicio, pectinib9 ferreis, & hemisphærico illo globo. Fecerat autem ordinata in eo Charitas DEI, ordinem eiusmodi afflictionum, ita vt quasdam habuerit quotidianas, alias menstruas, annuas, denique & extraordinarias alias.

Dum has mortificationes, in reconditis Patris Gasparis pagellis, & consuetudinibus repperas, in lucem

tem profero, inde exordior, vnde  
 exorsus est B. Petrus Damianus vi-  
 tam Sancti Dominici Loricati de-  
 scripturus, dum ita ait; *Viri D. 1,*  
*Dominici vita si scribatur, vereor*  
*ne à quibusdam Fratribus incredibili*  
 iudicetur. Et infra ait; Dicam sed,  
 qui sciat, utrum fides, assertioni fide-  
 lissime prabeatur? Sed parvipendendū  
 est, si humana temeritas arguat, quem  
 summa veritas, falsitatu excusat. Scri-  
 bit autem ille de S. Dominico Lo-  
 ricato hæc. Hanc continue vite con-  
 suetudinem indifferentem habet, ut vic-  
 dies vlla prætereas, quin duo Psalteria  
 modulando, utraq; manu scopi armatâ,  
 nudum corpus allidat. Et hoc quidem re-  
 missiori tempore. Nam quadragesima-  
 libus circuli, siue cum Pœnitentiam  
 peragendam habet (crebro enim cen-  
 tum annorum penitentiam suscipit) tunc  
 per dies singulos, dum se scoparum tun-  
 sionibus afficit, ut minus, tria Psalteria  
 meditando persolvit. Centum autem an-  
 norum penitentia, sicut ipso auctore di-  
 dicimus, sic expletur. Cum tria sco-  
 parum millia vnum penitentia annum

*Lib: 1. E.*  
*pistolarū.*  
*Epist. 19.*  
*ad Alexā*  
*drum 2.*  
*Pontificā.*

*Mira mor-*  
*tificatio-*  
*nes S. Do-*  
*minici*  
*Loricati.*



*Mortificatio exterior*

apud nos regulariter expleant, decem autem Psalmorum modulatio, ut sepe probatum est, mille scopas admittat, dum 150 Psalmi constare Psalterium non ambigitur, quinque annorum penitentia in unius Psalterij disciplina recte supputantibus inuenitur. Consequitur ergo ut qui viginti Psalteria cum disciplina decantat, centum annorum penitentiam se peregrisse confidat. Hanc autem centum annorum penitentiam, ut mihi ipse professus est, sex diebus ex more consummat. Memini quoque, quia cuiusdam Quadragesima imminenti initio, mille annorum imponi sibi per nos penitentiam petijt, quos certe omnes ferme, antequam ieiunij tempus transfigeretur, expleuit. Hactenus B. Damianus. Computemus iam Quotidie ille Sanctus bis Psalterium recitabat, id est bis 150. Psalmos: ad singulos autem Psalmos infligebat sibi 100 ictus. multiplicentur 300. per 100. & fient 30000. triginta millia ictuum, quæ quotidie sibi infligebat. Quando autem centum annorum faciebat penitentiam per

Qua-

Quadragesimā infligebat sibi ictūū  
300000. tercenta millia. Illā verò  
vice, quando impetrauit, & exple-  
uit per Quadragesimam, mille an-  
norum p̄nitentiam, infixit sibi  
ictuum 3000000. tres milliones.

Institit nonnihil vestigijs San-  
cti huius Loricati, Pater Gaspar,  
dum ita in se defœuit, vt interdū,  
præsertim dum priuatam vitam  
ageret, diuersis diei, & noctis tem-  
poribus, ad quindecim millia per-  
cussionum, cum rasuris ferreorum  
pectinum, & hemisphæræ aculea-  
tæ puncturis, peruenerit.

*Numero  
perensio-  
num.*

*Tempora autem harum Mortificatio-  
num hac erant. Primo, ante medita-  
tionem subibat flagellationem pro  
animabus Purgatorij, ad impetrā-  
dam gratiam deuotionis pro eis,  
sibi, & alijs quàm plurimis; atq;  
satisfaciendum pro p̄nis earum.*  
*Secundo, post Meditationem facie-  
bat diuerberationem, offerebatq;  
eam pro Collegio, vt in eo esset  
voluntas D̄i bona, beneplacens,  
& perfecta: vt tentationes contra  
pacem,*

*Disciplinā  
1. ante me-  
ditationē.*

*2. Post me-  
ditationē.*

pacem, castitatem, feruorem, reprimere: pro particularibus quoque personis, notis, ignotis, indigentibus: pro profectu fratrum in Spiritu, & literis: pro successu temporalium, & augmento Benefactorum: pro Sanitate omnium domesticorum, pro expiandis peccatis, & pœnis debitis, pro amouendis impedimentis benedictionis diuinæ, supra Collegium. *Tertio*, ante Sacrum instituebat flagellationem, eamque offerebat pro reuerentia IESV Christo in Sacrificio, & Sacramento, pro præparatione, & dispositione ad utramque reuerentiam hanc impetrandam: pro eorum, quæ in Sacro petuntur, impetratione: pro intensione negotiationis vitæ: pro supplendo defectu præparationis, & pro expiatione animæ ab obligatione culpæ, & pœnæ. *Quarto*, post Sacrum sauebat in corpus, idque offerebat in gratiarum actionem pro Sacerdotio, Sacrificio, & Sacramento: pro expiandis defectibus Sacri,

3. *Ante Sa-  
crum.*

4. *Post Sa-  
crum.*



& Communionis: pro gratijs Sa-  
 cerdotalibus, & Sacramenti Ordi-  
 dinis: pro augenda deuotione, &  
 dispositione ad fructum Sacramenti  
 præsentis. *Quinto*, Tempore Exa-  
 minis Matutini proxime ante præ-  
 dium, diuerberabat sese, quam di-  
 uerberationem vocabat disciplinā  
 Balnei, in Sanguine, meritisq; Chri-  
 sti IESV, in Iustitia DEI, & dolore  
 proprio; Offerebatque eam, in re-  
 stitutionem, & expiationem, si quid  
 gloriæ diuinæ, à se surreptum,  
 omisum, destructum, imperfectū  
 erat: in gratiarum actionem pro  
 actionibus, & beneficijs diei: in  
 impetrationem feruoris, & dili-  
 gentiæ, in sequenti vita: in impe-  
 trationem eius doni, quod illi vo-  
 lebat DEVS: pro amotione omnis  
 impedimenti ad gratiā DEI. Huic  
 autem disciplinæ præmittebat hęc  
 oratiunculam. *Si quid defraudau,*  
*reddo: Si quid debeo, restituo: Si quid*  
*malum commisi, retracto: Si quid boni*  
*omisi, suppleo: Si quid corrumi, emendo:*  
*Si quid maculaui, emundo dulcissime*

*s. Subera  
 in Ma-  
 iulimum.*

**I**ESV, in Balneo Sanguinis Tui, in Balneo Iustitiae DEI, in Balneo dolorum, & amoris mei. Sexto, peractis vespertis faciebat disciplinam, sub nomine mercedis operarijs, ob hanc causam, quia statim post resurrectionem à somno, quolibet Mane, conducebat IESVM, & MARIAM, petens ab eis ut operarentur in se, & alijs ad se spectantibus, gratias omnes, nominatim verò augmentum, constantiam, & efficaciam feruoris, dulcedinis, ac luminis. Constabat hæc disciplina plerumque 366. iectibus. Septimo, flagellationem instatuebat ante matutinum, quod pridie solitus erat recitare. Octavo, post finitum Matutinum, ad Te Deum laudamus. Nono, ante Cenam, pro Collegio, vel Prouincia. Decimo, post examen vespertinum. Undecimo, quiescente iam Collegio. Duodecimo, quiescente itidem Collegio, post examen censorum. Singulis præterea disciplinis adhibebat tot iectus, quot sunt literæ in Nominibus IESV, MARIE,

6. Post Vesperas.

7. Ante matutinum pridie.

8. Post Matutinum

9. Ante Cenam.

10. Post Examen.

11. Et 12. quiescente Collegio.

IOACHIM, ANNÆ, Iosephi, Patroni  
 menstrui, in honorem eorumdem  
 specialem. Post quamlibet quoque  
 Confessionem sacramentalem acriter  
 in se sæuiebat. Singulas autem  
 eiusmodi disciplinas in alia, atque  
 alia corporis parte faciebat, ne do-  
 lorem obtunderet. Catenulam  
 ferream tempore Sacri semper ge-  
 stabat. Solebat præterea duabus  
 virgis se castigare, & duobus pe-  
 ctinibus ferreis corpus radere, &  
 hemisphærico globo, de quo supra,  
 pungere. Singulis verò diuerbera-  
 tionum, rasurarum, & puncturarum  
 ictibus, varios amoris diuini, indi-  
 uinationis, intentionis, intermi-  
 scebat actus, ita, ut ictus actibus,  
 & actus ictibus corresponderent.  
 Quam autem acris erant harum  
 diuerberationum ictus, patuit tum  
 ex toto corpore contuso, tum ex  
 instrumentis sanguine oblitis, tum  
 ex quibusdam imaginibus, præser-  
 tim Christi passi post mortem eius  
 repertis, sanguine itidem abundè  
 conspersis, quas tempore eiusmodi

*Catenula  
 ferrea tẽ-  
 pore Sacri*



*Mortificatio exterior*

diuerberationum vel supponebat,  
vel corpori concusso applicabat.

His omnibus addebat quotidie  
frequenter, manuum in crucem ex-  
tensiones, oscula terræ, præsertim  
graduum communium, & similia  
voluntarij Martyrij inuenta.

*Mortificationes Menstrue.*

*Disciplina  
Sarijs die  
bus Mēsis  
& sursum  
solita.*

**I**n primis, qualibet die primâ Men-  
sis faciebat disciplinam pro suc-  
cessu noui Mensis, tam in spiritu,  
quàm in Officijs: pro nouo feruo-  
re, & in satisfactionem pro pœnis  
animarum Purgatorij. Deinde, qua-  
libet die quintâ Mensis, pro suc-  
cessu Officij, gratijsque congruis  
in eo, & pro directione Salutari.  
Qualibet quoque die decimâ Men-  
sis, pro Societate, & Admodum  
Reuerendo P. N. Generali, eiusq;  
Assistentibus, itemque pro Prouin-  
cia, & R. P. Prouinciali. Item qua-  
libet diē decimâ quintâ Mensis,  
pro necessitate domûs, in qua ma-  
nebat, & pro peccatis proprijs  
expiandis fructu satisfactorio.

*Præ-*

Præterea qualibet die vigesimâ Mē-  
 sis, pro amicis, & pro penitenti-  
 bus suis, præsertim de Societate.  
 Insuper qualibet die vigesimâ quin-  
 ta Mensis, pro Ecclesia, Imperio  
 Christiano, Regno, & Rege. De-  
 nique die ultima Mensis, pro gra-  
 tijs in mense transacto sibi colla-  
 tis, pro impetranda venia peccato-  
 rum, eodem Mense commissorū,  
 & pro expiatione eorundem, viâ  
 satisfactionis. Hæ omnes discipli-  
 næ constabant plurimis ictibus,  
 quorum numerum aliàs adnota-  
 verat, sed postea expunxit, idque  
 solum adnotatum reliquit; *Ut vero*  
*numeratio ictuum non careat suo fru-*  
*ctu, neq; interiorum affectum impedi-*  
*at, qui alioqui sub doloris corporalis*  
*tempus utiliter haberetur, intendam*  
*semel pro semper, vocibus numeratorijs*  
*significare simul actus Charitatis diuina,*  
*itemq; actus omnis solita prescriptaque*  
*intentionis, item actus intinctionis ictusq;*  
*in Sanguine, & merito Christi, & de-*  
*niq; actus progressionis, incrementique*  
*in millies, millies, milliesq; maiori pro-*  
*portione feruorū.* K 4 Ultra

*Industria  
 numerationis ictuum discipli-  
 na.*

*Mortificatio oculo-  
rum, in Ianuario.*

Ultra hæc omnia distributas habuit mortificationes, singulis Mensibus quodammodo appropriatas, non quòd eas aliis mensibus interdum non vsurparet, sed quòd eas singulariter suis mensibus præ oculis haberet, & præcipuâ curâ exerceret. Et sic, *In Ianuario*, præcipuè adhibebat mortificationem oculorum his modis. 1. Nullam personam de facie intuebatur, præsertim alicuius conditionis, aut formæ comptioris, nisi merus id casus, aut necessitas ferret. 2. In alieno cubiculo, si illud ingredi contingebat, nihil eorum quæ exposita erant, intuebatur, dispiciebatur. 3. Ab adspiciendis nouis, speciosis, splendidis, curiosis, in omni materia, abstinēbat; vt sunt ædificia, imagines, pompæ personarum &c. quantum sinebat urbanitas. 4. Obuios quosque domi, ac foris, item parietes Domûs, Templi, plateas, frontispicia, Turres, non circumspiciebat, nisi necessitate deposcente, vel ob Officia commu-

nia.



nia. 5. Ad mensuram sui, aciem  
oculorum fermè iaciobat, vix vi-  
tra, & non nisi ex necessitate, ac  
ratione: liberam circumuolutionē  
oculorum frenabat, in quibuscun-  
que occurribus, concursibus, quod  
obseruabat etiam cum solus esset.  
6. Positiuè autem mortificabat o-  
culos, captando occasiones respi-  
ciendi res nauseam prouocantes,  
vti sunt vlcera, fimeta, sordes, ta-  
bidi homines.

In *Februario*, mortificabat audi-  
tum, & aures, his modis. 1. Vel-  
licabat aures suas, singulis diebus  
aliquoties, mane ad renouandam  
mortificationis huius memoriam:  
Vesperis in pœnam defectuum, illo  
die per aures commissorum, expi-  
andæq; & expellendæ delectatio-  
nis per aures habitæ, causâ. 2. De-  
lectationem ex colloquiis, & ex  
cantu, etiam in Templis vitabat,  
aut si vitare non poterat, negligebat,  
nec ad concinnitatem eius  
attendebat, consultò internæ ope-  
rationi intentus. 3. Consultò (sine

Mortifica-  
tio audi-  
tus, in Fe-  
bruario.

nota tamen) vitabat personas, quarum conuersatione, vel lepore, posset recreari. 4. Ab audiendis rumusculis abstinerebat. 5. secretè & secreta loquentibus, se non adiungebat.

*Mortificatio*

*in*

*corpore in*

*Martio.*

*In Martio,* qui incidit in Quadragesimam, totum corpus, omniaque membra, & omnes sensus externos, constituerebat obiectum, & subiectumque quotidianæ afflictationis, vt inuenerit in mortificationibus quadragesimalibus imponendis.

*Mortificatio*

*in*

*Aprilis.*

*in*

*Aprilis.*

*In Aprilis.* Mortificabat sensum tactus, his modis. 1. Pungebat se, & fricabat pectine ferreo, aut aciculâ aliquas corporis partes aliquoties de die. 2. Reclinari in parietem, in sellam, inter standum, aut sedendum, vitabat. 3. Duritiem Sellæ, lecti, indusij, genuflexionis sectabatur. 4. Neminem omnino hominum, aut brutorum, & nihil mollium quarumvis rerum attingebat, ne quidem amicitie, aut ludicri causâ. 5. Non solum in alieno

alieno cubiculo, sed ne in proprio quidem, quidquam attingebat impertinens.

*In Maio.* Mortificabat odoratum sic; Nullum florem decerpebat, aut odorabatur. 2. In cubiculo nihil odoriferum seruabat, non florem, non pomum, non aromata. 3. Consultò odorabatur habentia odorem grauem, & ingratum, 4. In certis occasionibus osculabatur, & odorabatur grauolentia loca, ad vilificationem sui: Mira tamen (vt hac occasione innuam) fuit eius mundities: Nullus vquam in eius cubiculo nidor etiam cum ægrotaret, immò nec tempore æstatis, quamuis clausæ manerent fenestræ, sentiebatur.

*Mortificatio odoratus in Maio.*

*In Iunio.* Mortificabat gustum his modis. 1. Condimenta ferculis non addebat, sed prout oblata fuerunt, sumebat. 2. Ordinem ferculorù non permutabat. 3. Non ferebat iudicium de qualitate ciborum, saporum, condimentorum, vinorum &c. 4. Inter comedendum,

*Mortificatio gustus, in Iunio.*



*Mortificatio exterior*

dum, & bibendum inhibebat, & irritabat appetitum, impetumque eius, morâ temporis frangebat, 5. Absynthio, vel alio tingebat linguam, vel labia ante cibum, citra notam. 6. Ante ferculi sumptionem attendebat, quam in partem ferebatur appetitus suo pondere, & hæc abstinendo, vel saltem differendo, illum eludebat.

*Mortificatio Capitis, in Julio.* Mortificabat caput his modis. 1. Pruritus capitis sustinebat, nec facilis erat ad fricandum. 2. Capite, & fronte, terram mane, & vesperi feriebat ex humiliatione sui, & reuerentia Maiestatis Diuinæ. 3. Pectine ferreo, vel aciculâ pungebat, & scalpebat caput. 4. Capillos capitis vellebat. 5. Dormiturus, in duro, & humili cervicali collocabat caput.

*Mortificatio manuum, in Augusto.* In Augusto, Mortificabat manus his modis. 1. Ungues digitorum, profundè abradebat, doloris causâ, nunc huius, nunc illius digiti. 2. Manus verberatione, aciculâ, pectine ferreo, catenulâ, expansione afflige-

affligebat. 3. Cohibebat manum à fricatione in pruritu. 4. Semper manûs modestè cõpositas tenebat, & à faciendis inter loquendû gestibus, cohibebat.

In Septembri, mortificabat pedes his modis. 1. Stabat frequentius, & diutiùs vsque ad dolorem. 2. Scrupulos pedibus supponebat ambulaturus, per aliquod tempus. 3. Igne plantas adurebat. 4. In quouis situ, pedibus commoditatem subtrahebat, incommoditatem vero obtrudebat. 5. Verberatione, pectine, alijsque modis pungebat pedes. 6. Insistebat interdum vni pedi, vsque ad molestiam. 7. Sedebat suspensò altero, vel utroque pede. 8. Genuflexiones diu continuabat, & per aliquod decades repetebat, adiectis aliquibus actibus: e. g. adorationis æternæ Sapientiæ, & similibus.

Mortificatio pedum  
in Septembri.

In Octobri, Adhibebat mortificationem pectoris, ventris, & laterum, his modis. 1. Pectine ferro sulcabat, & radebat dictas corporis

Mortificatio pectoris  
& laterum  
in Octobri

*Mortificatio exterior*

poris partes. 2. In forma Crucis pronus orabat, ad dolorem vsque, (discretū tamen) pectoris. 3. Flagello, vel virga affligebat. 4. Latera igne adurebat aliquantulum. 5. Tundeat frequenter pectus, cum compunctione animi

*Mortificatio lingua, in Nouembri.*

*In Nouembri,* Linguam mortificabat his modis. 1. Præmebat, & admordebat eam dentibus. 2. Aciculā pungebat, & pectine ferreo radebat. 3. Lingeat eā terram, laterem, vel aliam quampiam rem asperam. 4. Illinebat, atque imbebat eam amaris, vel acetosis succis, alôè &c. 5. Calidis, & feruentibus cibis eam adurebat.

*Mortificatio Vocis, in Decembri.*

*In Decembri,* Specialiter mortificabat vocem, his modis. 1. Rarò loquebatur, parcè, non diu, non multis, & purè necessaria. 2. Submissè loquebatur, & elationem vocis, cachinnationes, & risus vitabat. 3. Abstinebat à cantilatione, quæ esset cuiuscunque delationis, etiam honestæ, & piæ causâ, 4. Vtebatur vocibus, iuxta vltimum loquen-



loquendi simplicem. 5 Fractiones  
vocis, & verborum, vitabat, non  
utendo diminutivis, superlativis,  
hyperbolicis loquendi modis.

Tempus porro harum mortifi-  
cationum, in memoriam reuocan-  
dum, habebat post meditati-  
onem matutinam.

*Mortificationes Annue, &  
alia extraordinaria.*

1. In fine Anni faciebat disciplinam  
365. ictuum, iuxta numerum dierum  
Anni, rasuram quoque, seu pecti-  
nationem 225 puncturarum, iuxta  
numerum membrorum hominis,  
quæ notabiliora totidem esse cen-  
sentur. Insuper aliquanto tempore  
cilicium tunc gestabat.

*Disciplina  
& pen-  
satio  
annua.*

2. Triduo Bachanalium, qualibet  
nocte adhibebat flagellationem cor-  
poris quinquepartitam, pro nume-  
ro quinque vulnerum Christi, quã-  
libet continentem ictus 50, quos  
intinctos in Christi vulneribus, &  
Sanguine, offerebat Sanctissimæ  
Trinitati, ad satisfaciendum pro

*Mortifica-  
tio tempo-  
re Baccha-  
nalisimo.*

peccatis bacchanalifant.ū: ad placandam illis iram DEI, & ad impetrandam veniam. Post singulas autem quinquagenas, utebatur hac obtestatione ad IESVM Christum.

*Oratio pro peccantibus.* Dulcissime, ac mansuetissime IESV, Redemptor, & amator animarum: Te ego, per dolores, & dignationes huius vulneris Tui, obtestor, vt ignoscas peccantibus, atq; Sanguinem Tuum pretiosum, nunc praesertim conculcantibus. Nesciens Domine quid faciuus. Ne proicias eos a facie Tua, Spirituq; poenitentiae auferas ab eis, vt cognoscant, & doleant, quia Tibi soli peccauerunt, & malum coram Te fecerunt.

Eodem tempore in honorem 7. dolorum Pretiosissimæ Parentis, & in honorem doloris illius specialis, quem habuit in hac vita, videns tam indignis peccatis, modisque, filium suum, DEVM, ab hominibus tractari, bis 7. validos ictus in sensibiliore corporis parte infligebat, postulans à Pretiosissima Parente, tanquam vnico peccatorum refugio, vt suscipere pa-

troc.

trocinium peccantium, eosque ad penitentiam deducere, dignetur. Sub idem etiam tempus, duritiam lecti, & breuitatem somni sectabatur, gustum quoque specialiter affligebat.

3. Singulis Quadragesimæ diebus, semel mane, & iterum vespere afflictiones omnium sensuum, & membrorum instituebat, collectim sumptas; quæ aliàs distributæ per singulos menses erant.

Mortificationes  
Quadragesimalis

4. Die Parasceues, mane faciebat tripartitam flagellationem. Una pars erat in honorem cultumque, & participationem dolorum, per 10. circiter horas diurnas, à Christo Domino toleratorum, & unicuique horæ respondebant 10. ictus: atq; ita hæc pars disciplinæ constabat ictibus 100. quam concludebat Oratione, *Anima Christi &c.*

Disciplina tripartita, die Parasceues

Altera pars cedebat in honore, & participationem dolorum Preciosissimæ Parentis, Christo Domino per 10. illas horas condolenti, & unicuique horæ respondebant 10. ictus.



*Mortificatio exterior*

ictus 5. atque ita hæc pars disciplinæ constabat ictibus 50. quam concludebat illis verbis; *Sancta Mater istud agas, Crucifixi fige plagas, cordi meo valide. Tui nati vulnerati, tam dignati pro me pati, pœnas mecum diuide: Fac me plagis vulnerari, Cruce hac inebriari, ob amorem Filij.*

Tertia pars redundabat in honorem Sanctorum, doloribus Christi, & Matris eius, vnicè addictorum, & hæc continebat ictus 18. iuxta numerum Sanctorum delectorum, quam concludebat tali Oratione. *Imprimite ô Sancti, cordi meo, amarissima IESV Christi, & Pretiosissima Matris, passionis memoriam, ut eam præ oculis, die, noctuque semper habeam, eamq; participando efficaciter sentiam, & exprimam ob amorem Domini mei IESV Christi, eiusq; Pretiosissima Parentis, & vestrum omnium. Amen.* Addebat præterea diuerberationem 64. ictuum in memoriam dolorum omnium Pretiosissimæ Parentis quos illa totidem horis sustinuit, incipiendo ferè à valedictione, ad Resurrectionem Christi. Eodè

Eodem die, vesperi faciebat tripartitam disciplinam, in honorem, cultum, & participationem doctorum Christi Domini, & Pretiosissimæ Parentis, per 8 horas nocturnas. *Prima pars* disciplinæ continebat ictus 64. *Alter*, ictus habebat 32. *Tertia*, continebat ictus 18, vel plures pro numero Sanctorum delectorum. Singularum autem partium hæ erant Conclusiones, quæ in priori disciplina.

5. Diebus Rogationum, ipsoque Ascensionis Dominicæ die, ad ornandas Domini IESU in cælum abeuntis, corporis partes, animæq; potentias, quæ sunt numero 225. in corpore, totidemque supponendæ in anima. Et in honore omnium vulnerum corporis eius, quæ numerantur fuisse 5466. instituebat disciplinas 12. quæ cum peccatis, continebat ictus huius numero respondentes, præter alias ordinarias mortificationes.

6. Tempore Adventus, Singulis diebus, ante & post Sacrum, infli-

*Mortificationes  
diebus  
Rogationum*

*Mortificationes  
diebus  
Adventus.*

gebat corpori 276. ictus cum totidem actibus, in honorem dierum, quibus Christus Dominus in utero Virginis mansit: in gratulationem quoque donorum, quæ Virgo Mater per eos dies, ex opere operato obtinuit, pro gustu, fructu, affectu Incarnationis. Eodem tempore, Orationes, nudis genibus flectens, peragebat, lecti quoque duritiem lectabatur: gratus enim Deo lectus est, anima duro lecto corpus tractans. Ab Anno 1624. eodẽ Aduentus tempore, alternis, & interdum singulis noctibus, humi cubabat, ad mediam noctem, & ultra, mediã nimirum nocte expectans Dominum suum.

*Disciplina  
die fidelium  
defunctorum:*

7. Die fidelium defunctorum, pro animabus Purgatorij adhibebat disciplinas triginta tres, quarum singulæ, ad minimum constabant totidem ictibus, & sic tota diuerberatio continebat numerum ictuum 1719. Tanto animo conabatur adiuuare animas, animosus Christi seruus.



8. Ad ordinarias mortificationes & illud referri debet, quòd ab ordinarijs post mensam recreationibus abstinere solitus fuerit, petitâ ad id, & impetratâ ab Admodum Reuerendo Patre Nostro, piæ memoriæ, Murio Vittelescho, & Goswino Nickel, facultate. Et quòd pro impetranda liberatione à regimine, frequenter sese flagellauerit; flagellis ipsis, seruum se nõ superiorẽ in Religione debere esse, coram DEO protestatus.

9. Ad extraordinarias autem corporis diuerberationes id spectat; quòd post quamlibet Concionem, flagellatione seipsum mulctauerit, incutiens sibi met timorem DEI, si fortè illum Auditoribus non inieciisset. Deinde quòd si quando cum sexu muliebri colloqui (quod perrarum erat) contigisset, acutissimâ acu corpus suum pungeret, adeoque seruatae pudicitiae, nouos addere stimulos, solitus fuerit.

10. A tanto in mortificatione corporis profectu, ne itinera eum re-

*Disciplina ante Conciones.*

*Mortificatio in colloquio mulierum.*

*Mortificatio in itinere.*

tardabant: dum enim flagellationes adhibere non poterat, vellicationes, rasurasque, puncturas, & pectinationes usurpabat. Inuisēs Illustrissimam Fundatricē Ostrogiensem, in angusta licet mansione, reperit tamen locum, in quo diu xaret corpus flagello Scythico, quod post discessum eius reperit quidam Pater, eique illud exposcanti, remisit.

*Mortificatio in ipsis morbis.*

11. Quodque magis mirum, etiam in infirmitatibus corporis, hoc in negotio mortificationis validus erat; aduerti ego eum ad initiū extremi morbi, virgarum disciplinā vsam. Dicere quoque solebat, non obfuturum valetudini, si aliquis morbo pressus, ter, vel quinquies vellicet vtrumque pedem, in honorem Sacrosanctæ Trinitatis, vel quinque Christi vulnerum, aut simile quid in morbo, viuida mente faciat.

*Cessatio à flagello in Paschate.*

12. Cæterum tamen in Paschate, perque totam eius Octauam, suadebat, supersedendum esse à diuerbera-

beratione sui ipsius, gestationeque Cilicij, tum propter solennitatem latissimi temporis illius, tum ut postmodum post interrupta flagella, acrior dolor sentiatur.

Nō omittendū deniq; est remediū quoddā, quo in persanādo corpore proprio usus est. Comparuerat in latere eius sinistro, vlcus quoddam, non leuiter periculosum: iam enim usum sinistrae manūs, quā ordinariē in sese diuerberando utebatur, ademerat. detexit illud P Gaspar Præfecto infirmorum, emplastrumque, vel simile quidpiam expetiit: Sed oblitus ille, remedium distulit. tum Pater Gaspar instinctu, ut credibile est, diuino, virgam arripit, dextraque manu, vlcus flagellat. res mira! ad primam flagellationem vlcus detumuit, ad repetitas autem diuerberationes, prorsus persanatum est, non vulgari mortificationis medicamento.

*Sanatum  
flagella-  
tione vlcus.*



## CAPVT X.

*Mortificatio interior Patris  
Gasparis.*

Qvod corpus est sine anima, hoc mortificatio exterior, sine interiori: quamvis enim mortificato corpore, animus reddatur ad vitia infirmior, coram optimo tamen Spirituum ponderatore DEO Spiritualis mortificatio primum tenet locum. Siquidem ille cor contritum, & humiliatum, id est, mortificatum animum, nunquam despicit, qui tamē Pharisæicas corporis mortificationes non adspexit. Satis, superque perspecta hæc veritas Patri Gaspari fuit, cui non minus curæ erat, atterere corpus, atque conterere cor. Atque inprimis prouidit illi DEVS, permisso suo, occasionem eiusmodi interioris mortificationis, dum linguas, & calamos quorundā in eum exacui permisit, linguas inquam hominum, quibus plerumque Sanctitatem seruatorum suorum alit, & nutrit

*Lingua  
liorū San-  
cti alit  
tur.*

nutrit. DEVS, & quibus ipse vni-  
 genitus eius est nutritus. Antequam  
 autem id ei linguarum nutrimen-  
 tum subministravit, prius appeti-  
 tum illius tali disposuit visione.  
 Die quodam erat Pater Gaspar ad  
 Aras, dumque cogitaret, quonam  
 pacto ipsemet Numini victima fie-  
 ri posset, conuersus ad populum,  
 vidit Templum, linguis, complures  
 formas præferentibus, oppletum:  
 quædam enim hastarum instar, &  
 missilium erant; aliæ sagittas, gla-  
 dios, pugiones aliæ, nonnullæ ser-  
 pentum spicula imitabantur, lo-  
 quentem sibi his linguis DEVM,  
 intellexit illicò, seque linguarum  
 victimam, DEO ad aram obtulit.  
 expertusque est postmodum iden-  
 tidem, præsertim in Provincialis,  
 & Rectoris officio, eiusmodi hu-  
 manarum linguarum tela, quibus  
 tamen nec verbo, nec calamo re-  
 stitit vnquam, loquentem sibi ad-  
 cor, per eas linguas agnoscens DE-  
 VM. Reperi inter intima eius scri-  
 pta, pagellas duas, in quarum al-

*Viso limo.  
 GUARNIO  
 in SACRO*

*Prouentus  
gubernationi.*

tera, Prouentus Prouincialatus, in altera prouentus Rectoratus, ex linguis hominum, ab eo notati, atque merè in ærarium DEI refusi erant.

Verùm hæc extrinsecus aduenientia, internæ afflictionis experimenta, exigua videbantur, animo ad maiora, DEI eleuantis ope erecto. Decreuit igitur ipse sibi, spirituales quasdam, vt appellabat disciplinas, seu flagella (vocabulum etiam ipsius est) cordis; quæ sapius quidem in die, præcipuè tamen ante Sacrum, temporeque examinum, subibat. Ictus, seu potius actus flagellorum eiusmodi, hi erit.

*Disciplina  
spirituales.*

1. Depressio sui ipsius infra abyssos, infra infernos, infra ipsum nihil centrū.  
2. Exprobratio sibi defectuum. 3. Contritio acuta de omnibus. 4. Diffidentia de viribus proprijs, & omni creaturæ. 5. Sacrificatio sui totius, præcipuè autem honorū, & amorū, in gustum, honorem, & amorem DEI, super Aram linguarum, censurarū. 6. Timor mortū, iudicij, inferni, confusionis coram DEO, Angelū, Sanctū & creaturū, in

*hora*



hora iudicij particulari, & vniuersali.  
7. Redditio rationis D<sup>e</sup>o, vt presenti,  
& ponenti rationem cum villico ini-  
quitatis diffamato, cum seruo nequam,  
desossore talenti. 8. Exspoliatio cordis  
ab omni spe, & vsu omnium creatura-  
rum, etiam sui ipsius, à desiderio omnis  
boni creati, & redactio ad eum statum  
nuditati, in anima, & corpore, quem  
habuit homo in creatione. 9. Odium fa-  
sidiūque solatiū huius vite sensua-  
lium, naturalium, propriorum. 10. Bal-  
neatio anime in occultu iudicij eius, in  
Christi Sanguine, & doloribus, in mise-  
ricordijs diuinis, in amore DEI, & do-  
lore de peccatu, propter DEVM. 11.  
Confessio peccatorum, defectuumque o-  
mnium, tam mortalium, quàm Physico-  
rum, coram DEO, Calitibus, Creatu-  
ri. 12. Vilificatio sui, & annihilatio  
coram DEO. 13. Affectus ille publi-  
tani, non audentis oculos in Calum le-  
uare, sed à longè pectus suum tundentis.  
Affectus item filij prodigi. Affectus  
Magdalene, à retro stantis, & pedes  
Christi rigantis. 14. Insultatio, irrisioq̃  
ironica, & sarcasica sui ipsius, ex obie-  
ctis,

*Mortificatio exterior*

*Qui, complacentiam vanam mouere soluit, aut aptu. 15. Planctus vniuersali omnium potentiarum tam in propria, quam in omnium, etiam damnatorum institutus Persona.*

Instruxerat præterea contra se, vel potius pro se duodenam mortificationum internarum aciem, eamque per duodecim totius Anni menses, disposuerat; optimè arbitratus, internos animi hostes facilius superari posse, si duellari prælio cum illis concertetur, quam si turmatim omnes impetantur.

*Mortificatio æstimationis sui ipsius.*

*In Ianuario itaque, vincere nitentur æstimationem sui ipsius, his modis 1. Crebrò in diem exuebat se coram Deo, totâ honoris, & famæ curâ, abdicabatque à se ius omne ad illam procurandam, & tradebat illud omni Creaturæ, verbis illis Sancti Augustini. *Senti de Augustino quidquid libet &c.* 2. Intentus ad id erat, ne quisquam aliquid in laudem eius vel ille ipse in laudem propriam diceret. 3. Nō cupiebat scire, vel audire de se, suisque rebus,*

rebus, talentis, gestis, iudicia, sensus speciosos, & amplos 4. Petebat à DEO, (si ita ei placeret) humilem, atque infimum inter omnes gradum, abiectamque omnium de se opinionem, & ad Externos etiam euulgationem. 5. Speciali reflexione dispiciebat occasiones vilificandi se, in oculis aliorum, absque censura vanitatis, & vitio affectationis. 6. Si quid æstimationi propriæ contrarium acciderat, de eo, coram infante VERBO, pro nobis facto contemptibili, gaudebat, & triumphabat.

*Mortificatio  
libertatis  
in propria*

In Februario, Subdere specialiter adlaborabat libertatem voluntatis propriæ, & independentiã in agendo, his modis. 1. In rebus voluntati, atque libertati propriæ commissis, hoc potius agebat, quod aliis videbatur, quàm quod sibi, quodque repugnabat inclinationi suæ, quàm quod arridebat. 2. Amabat alienum iudicium, & sensum, præsertim Superiorum, quorum directioni instar pueri rudis, lenisue



Seniſue baculi, aut peregrini ignorantis, in ſimplicitate acquieſcebat. 3. Declinabat ab illa benevolentia, quã propriã voluntati, & arbitrio permetteretur agere, quod vellet, eſſe ubi vellet &c. perindeque hoc cenſebat, atque ſi à DEO, & providentiã eius regimine exclusus eſſet, ac in ſenſum reprobum datus, & in deſiderium paſſionum, inque infrunitum, & irreuerentem animũ traditus. 4. Libertatem ſuam ſibi relictam, ſimilem putabat hederã, aut viti non alligatã palo: item membro luxato, & extra ſedem ſuam natiuam conſtituto. 5. Providentiam Divinam, in omni euentu, ordinatione, ſerie venerabatur, eandemque dulciter expendebat in quotidianis rebus, etiam minimis & eã dulcedine paſcebatur. 6. Curabat omnia, tam imperata, quã ſpõtaneã peragere, amplectẽdo ſpõtaneã voluntate imperium.

*Mortificatio amoris proprii*

In Martio. Amorem propriũ abnegare curabat, his modis. 1. Peculiariter attendebat, ne vteretur,

cum sensu, & respectu ad se, illis  
 vocibus: *Ego, meum, me &c.* 2. Ex-  
 ercebat se in odio sui, & incre-  
 patione, atque maledictione, ac ex-  
 probatione nequitiae, & miseriae  
 propriae 3. Nullam rem, nullum  
 opus, nullum sucessum sibi adscri-  
 bebat, siue voce, siue mente, nec  
 cupiebat sibi adscribi ab ullo 4.  
 Nulli rei, officio, loco, personae,  
 commoditati affici curabat. Et idē-  
 tidem omnia praedicta praecurrens,  
 reflectebat se, an aliquid ex his ha-  
 bere vellet, aut aliquid adimi nol-  
 let. 5. Nihil boni sibi deberi, si  
 autem aliquid boni sibi praestaba-  
 tur, id ex mera commiseratione  
 praestari sentiebat. 6. In nulla re  
 defensionem sui, aut ultionem qua-  
 erebat, & si aliquando quaesivit,  
 eiurabat. 7. Gaudebat, dum cui-  
 piam, id quod suum erat, adscribe-  
 batur: idque silentio premebat,  
 & alteri congratulabatur.

In Aprili, mortificabat amorem  
 internum Creaturarum, his modis.

1. Seuerè dispiciebat, ne aliquam

Crea-

*Mortifica-  
 casio amoris  
 inter-  
 ni Creatura-  
 rum.*

*Mortificatio interior*

Creaturam haberet, non tantùm pro fine ultimo, sed etiam pro motiuo aliquo impulsiuo, ad quiduis agendum. 2. In actionibus omnibus, præ oculis habere curabat, non in quod appetitus impetuosè ferebatur, aut à quo abhorrebat, sed quod spiritui, rationi, & profectui suo competens erat. 3. Non plùs quamlibet rem appetiabat, quàm quantum eam DEVS appetiabat, & Natura cuiusque exigit. 4. Certis temporibus, omnem affectum, etiam licitum, abstrahabat ab omni re creata, eumque toto impetu, totaliter, vnà secum, ad DEVM conuertebat. 5. Vtebatur certis temporibus, exspoliatione sui ab omnium rerum non amore tantùm, sed etiam vsu, & cura, & possessione, eo modo, quod facturus erat in articulo mortis.

*Mortificatio amoris  
vsu sensuum  
suo.*

In Maio, speciali curâ incumberebat in mortificationem amoris in se sensualis, his modis. I. crebrò in se renouabat odium, nauſeam, & contemptum omnium sensuum.



sensuum, & sensualium illis verbis;  
*Hei mihi, quia incolatus meus &c.*  
*Qui me liberabis de corpore mortui huius.*  
2. Excitabat in se tedium patiens,  
& modestum, indigentiarum corporalium, & sensualium, nempe cibi, potus, vestitus, calefactionis, venti, ablutionis, variationis situs, & similia. 3. Ingererat sibi singulis diebus aliquoties, sensualium molestiam, incommoda irrogando, & commoda derogando. 4. Curabat esse hostis omnium mollium, delectantiumque, sensus internos, & externos, quin & naturales commoditates, salutem valetudinem, aut fugiebat, aut differebat, aut supernaturales faciebat. 5. Omnia metuebatur pura necessitate, eaque arcta, & dura. 6. Alternis diebus in hebdomada, inquirebat in ea obiecta, atque occasiones, in quibus impotentius sensibus abstraheretur, dominiumque sui in talibus proponebat, & decernebat.

*In Iunio, attenuabat in se amorem sanitatis, his modis. 1. Scrupulo-*

M

pulo-

*Mortificationis amoris  
sanitatis.*

*Mortificatio interior*

pulosas, & superstitiosas obseruationes in valetudine conseruanda, lecto, vestitu, cibo, deuitabat; nec de eis loquebatur. 2. Laboribus, & defatigationibus libenter se impendebat, vt Confessionibus, Concionibus, Vigiliis, & similibus, etiam cum aliquo, non tamen notabili detrimento sanitatis. 3. Appetitum viuendi, ipsamque vitam offerebat DEO, Christo, animarumque saluti, frequenter. 4. Illud commune dictamen; nocet valetudini: lædam valetudinem: frangam me intempestiuè, explodebat, ablegabatque à se, illo opposito S. Pauli; Ego non solum alligari, lassari, frangi, sed & mori paratus sum Et illo, vis seruire Christo, vsque ad defatigationem? Et illo; nunquid meus sum? nunquid vires meæ, valetudo mea, vita mea, est mea, & non Domini? nunquid seruus, mancipium, iumentum sibi viuit, & non Domino? maiorēne mihi debet seruitutem Creatura, quàm ego Creatori? & illa tamen seruit

seruit mihi perditione sui. 5. Desiderabat dissolui, & esse cū Christo.

In Iulio, mortificabat interiùs curiositatem intellectùs proprii, his modis. 1. Omnem non necessariam, & non necessariorum sciendi cupiditatem frenabat. 2. Rumores omnes nec scire, nec narrare cupiebat, multò minùs scribere, præsertim bellorum, aut alios peregrinos, nisi vrgens necessitas suafisset. 3. Opiniones in omni materia, communes sequebatur, nouitatibusque nisi valdè probatis non inhærebat. 4. Libros curiosos vitabat. 5. Dum res fidei, reuelationes, & mysteria recogitabat, faciebat id non curiositatis gratià, sed ex reuerentià, & ob deuotionem, atq; practicationem. 6. Ostentationem ingenij in acumine, perspicacia, claritate, subtilitate, discursu, celeritate, vitabat: quodsi quid eiusmodi prodendum erat, DEI, & proximi causà, modestè, & neglectim, eleuando id, faciebat.

Mortificatio intellectus proprii.



*Mortificatio cogitativa sua facultate.*

*In Augusto*, Subigere studebat intellectus cogitativam facultatem his modis. 1. Curabat (quod etiam diebus omnibus in usu illi fuit) primitias cogitationum, de DEO habere, nec eas sinebat à diabolo, vel natura, vel otiositate, impetue, præcipi. 2. Cogitationibus directis, reflexas adiungebat, non sinebatque esse indifferentes, vel ordinis merè naturalis; sed curabat eas ad finem supernaturalem ordinare. 3. Imaginativam facultatem dominio reflexionis subijciebat. 4. Brutalitem sensitivæ partibus, sine supernaturali, & ratione dirigebat, præsentiaque DEI frenabat. 5. Conabatur sæpè aliquid voluere in mente, præviâ deliberatione. 6. Curabat cuilibet operi, & tempori, assignatas habere regulas, & observationes.

*Mortificatio iudicij proprii.*

*In Septembri*, intentus erat mortificationi iudicij proprii, his modis. 1. Curabat habere iudicium flexibile, non tantum ad iudiciû Superiorum, sed etiam cuiuscunque

que alterius. 2. Et si evidens a-  
liquando erat, sensum illius esse  
bonū, cedebat nihilominus de suo  
sensu. 3. Nunquam contentiosius  
agebat pro suo sensu, ac iudicio,  
immò etiam à rationibus inculcā-  
dis abstinebat. 4. Facile, immò li-  
benter patiebatur, si quis discedens  
à iudicio eius alium consuleret, &  
sequeretur: nec, dum iterum in a-  
liqua re iudicium eius poscebat,  
eum repellebat. 5. Non utebatur  
illis verbis; Cogitabam hoc ego.  
Ego ita iudicaui, & suasi. Pridem  
ego hoc cogito, Oportet etiam a-  
liquando hominibus (id est mihi)  
credere. 6. Virtutem diffidentiae  
familiarem sibi reddebat.

*In Oculis*, mortificare conaba-  
tur iudicium de rebus alienis, his  
modis. 1. Occasiones vitabat co-  
gnoscendi alienos mores, facta, ta-  
lenta, dum id sibi non incumbere,  
præterquam in Bonum, & laudem  
proximi. 2. Sermonem de alienis  
rebus, nec inferebat, nec excipie-  
bat, sed dextrè interrompebat, a-

*Mortifica-  
tio iudicij  
de rebus  
alienis.*

*Mortificatio interior*

liudque intrudebat. 3. Vitabat superfluitates, & umbrositates omnes. 4. Impetum mentis prurientis aliena iudicare, etiam sub specie zeli, refrenabat, his, & similibus dictaminibus; Quid ad te? Tu me sequere. Tu quis es? qui iudicas alienum seruum? Quis tibi clauem cordium dedit? Nunquid libri conscientiarum iam tibi aperti sunt? si absque peccato es, primus in eum lapidem mittas. 5. Dum ex officio mores, facta, & talenta aliorum cognoscebat, charitatem, misericordiam, & compassionem adiungebat, mansuetudinemque premittebat. 6. Cauebat determinatum ferre iudicium, aut concludere, suspendebatque iudicium, donec res in liquido esset. 7. Si quando aperte malum aliquid erat, & ex officio culpandum, differre tantisper reprehensionem curabat.

*Mortificatio appetitus irascibilis.*

10 Nouembri, cohibebat specialiter appetitum irascibilem, his modis. 1. Impatientiam, amaritudinem, & omnes cholerae impetus repri-



reprimebat. 2. Odium, & omnes vindictæ modos vitabat. 3. Audaciæ modum itaruebat, nihilque supra vires tentabat, nihil præcipitanter aggrediebatur. 4. Nihil præter DEVM, & ab eius gratia lapsum, timebat. 5. Contra terriculam nocturna animum obfirmabat, & assuefaciebat. 6. Tristitiam, melancholiamque omnem fugiebat. 7. Omnes fiducia nidulos, speique in se, & in hominibus, in corde suo disturbabat, tantumque conabatur desperare de se, quantum sperare de DEO. 8. Æqualis tam in prosperis, quam in aduersis esse curabat.

In Decembri, mortificabat in se appetitum concupiscibilem, & puram Naturam, his modis. 1. Nulla re utebatur non tantum, tantquam propria, sed etiam tantquam aliquomodo ad se spectante. 2. Actionum suarum dominium, liberumque exercitium subdebat dominio Sanctissimæ Trinitatis, atque infantis VERBI possessioni. 3.

*Mortifica-  
tio appeti-  
tus concu-  
piscentiæ.*

Impetûs, & æstûs desideriorum, inhibebat, & morâ dilationeq; temperabat. 4. Ab occupatione, trãfferre se curabat quietum. 5. Puræ naturæ actûs, & commoda, quatenus puræ naturæ sunt, præuertebat, & sine sublimi intento supernaturalisabat. 6. Incommoda, molestiasque naturæ, non remouebat nisi præuio aliquo rationis ductu, commoda quoque naturæ, & exigentias non explebat nisi etiã ratione præuia.

## CAPVT XI.

### *Humilitas. Patris Gasparis.*

**I**Nter sequelas diuinæ Sapientiæ, & simulque misericordiæ, vix vlla connaturalior est eã, quam humilitas, ex DEI donis, præsertim gratum facientibus, & vice versã, per quam DEI dona gratum facientia, ex humilitate inferuntur: super quem enim requiescet Spiritus Domini, nisi super humilem, & quò fluentia cælestia deuoluuntur connatural-

*Humilitas  
donorum  
DEI locus  
natus.*





cax fuerit iste spiritus, pater ex resolutionibus, quas operatus est in animo Patris Gasparis: Inprimis enim id in illo effecit, vt sacrificaret DEO famam, & honorẽ proprium, de quo ille ita ait. 21. Novembris, anni 1632. Per manũs Pretiosissimæ Parentis, in Sacrificium obtuli Sanctissimæ Trinitati, omnem famam, & honorem meum, tradendo illum totum DEO, & omni Creaturæ propter DEVM. Obtulit autem per modum voti nuncupati, in præsentia cuiusdam Superioris, cuius nomen in formula, quæ sequitur, reticuit.

*Votum ab  
dicationis  
famam pro-  
pria.*

Ego NN. Sanctissima, & aternum  
omnipossibiliter adoranda Trinitati,  
coram Sanctissima DEI Parente, Sancto  
Angelo Custode, Sancto Patre Ignatio,  
& totâ Cælesti curiâ, & Te Reuerende  
Pater, omnia Professionũ meã vota  
plenissime & omnimodè in nouo, &  
de nouo facio. Insuper ad maiorem diuini  
nominis gloriam, propter eius solius,  
valuntatem explendam, procul omnũ  
solatiũ, meriti, & pramij temporalis,  
vel

vel aeterni desiderio, propria fama, & omni existimationi renuntio: eamq; in solidum diuinae dispositioni resigno: Voluntatem quoq; meam Sanctissimae diuinae voluntati, in aeternum mancipium trado, deuoueo, inscribo, & in amplissimum eius obsequium omnes animae potentias, omnes corporum vires, omnes Sanguinis guttas, omnes mei, omniumque Creaturarum atomos, omnipossibili resignandi, inscribendi, tradendi modo, resigno, inscribo, trado, & peculiariter me ad fidei mysteria, gloriam Sanctissimae Trinitatis, VERBI Incarnati, Parentum DEI Pretiosissima concernentia, pro viribus, quae sermone, quae stylo, priuatim, & (si per obedientiam licuerit) etiam publice tuenda, singulari voto obstringo: Summi loco beneficii habiturus, si in hoc obsequium non solum quoscunq; labores, sine omni prorsus solatio, sed etiam famam, & Sanguinem impendere potuero. Cuius resolutioni, quod ea, ut liberè, & de certa animi sententia, concepta est, ita fixa, immobilis, irreuocabilis, in omnem aeternitatem permaneat: Te Reuerende

Pater,

Votum impendendi  
 vitam pro  
 DEO.

Pater, quem mihi diuina voluntatū interpretem, calitus datum intelligo, & magno meo bono iam pridem experior, Te, inquam, testem adlego, adq̄ Tuos pedes, huius resolutionū chyrographum, manu propriā exaratum, & proprio ore expressum instrumentum, promptissimā voluntate depono, breuē illud ipsum pretiosissimo corpore, & Sanguine Domini nostri IESV Christi, semel pro semper, aternā, & irreuocabili voluntate obsignaturus. Deniq̄ peruersitatū, mutabilitatū, & nihili mei, probē mihi consilius, & viribus meū omnino diffusus, ab immensa Sanctissimæ Trinitatū bonitate, & misericordia, peto suppliciter, ut quemadmodum ad hoc debitæ pridem religionū exercitium offerendum, largita est, ita quoq̄, per merita, & Sanguinē Domini nostri IESV Christi, perq̄ orationes Sanctissimæ DEI Parentū, Sancti Patris Ignatij, Sancti Angeli custodiū, & omnium Sanctorum, ad hoc explendum, gratiam vberem largiatur, Amen.

Traditio  
sus in  
Mancipi  
um Soci  
etati.

Peruasit & hoc Spiritus Humilitatis Patri Galparis, vt se Societati IESV offerret in Mancipium, ac iu-

men.



mentum, eamque oblationē, factā  
coram D<sup>E</sup>O protestatione, ore-  
tenus, & scripto roboraret, Protestā-  
tio autem est talis.

DEVS dignissime, cuius omnia sunt,  
quæ creata sunt, & qui omnibus Crea-  
turis iustissime dominari, agnosco Te Do-  
minum absolutum meum, meq; mancipi-  
um Tuum esse; agnosco item coram Te,  
propter Te, esse mancipium Domini quo-  
que mei IESV Christi, DEI-hominū,  
similiterq; eius Pretiosissima Parentū,  
MARIÆ Virginis: complaceo mihi in  
hoc Mancipij, ac iumenti, apud Te DE-  
VM meum, statu, nec vllatenus ab eo  
liberari vellem, etiamsi per impossibile  
possem. Caterū propter Te Domine DE-  
VS meus, & propter dignissimam IESV  
Christi Humanitatem, propterq; Pretio-  
sissimam Parentem MARIAM, Societati  
quoq; IESV, Matri, seu verius Domine  
meæ, in Tuo, & IESV Christi, & Pre-  
tiosissima Parentū conspectu, me hodie in  
perpetuum seruum, mancipium, ac iu-  
mentum offero, dono, dedico, & quavis  
meliori ratione mancipio, atq; consigno;  
ut Societas Domina mea, me tanquam  
seruo

seruo suo vti, tanquam mancipium possidere, tanquam iumentum tractare possit. Ego autem hoc iure, & nullo alio, in eadem Sancta Societate vivere, & mori paratus sum, atque ex animo cupio. Posside igitur iam, ac utari me, omnibusq; meū viribus, & actibus, quocunque modo placitum est Tibi, o Sancta Societas, Domina mea, applica me ad *Initium contractus, cum Societate.* quacunque officia, laboresq; Tibi Domina mea visum fuerit; Tuum erit o Sancta Societas imperare mihi omnia abiectissima, & vilissima: meum erit obtemperare, absq; mora, murmure, angustia, excusatione, differentiā, & alligatione ad tempus, locum, Socium, modum, Superiorem. Nolo rationem haberi mei in vlla re, ob vllum officium, aut conditionem atati, nolo vlli preponi, aut praeferri, quantum in me est. Quodsi me praeferri, & Dei voluntas, & Tu Domina mea volueris, obediam quidem, sed vt mancipium Fratrum meorum me gerere volo. *Resolutio. Res herouca, & admiranda.* Nolo pro laboribus vllis meū, vllam mercedem, gratitudinem, laudem, memoriam, & ad miranda. mea tanquam serui, & Mancipij opera sepeliri

sepeliri, & contemni Licebit Tibi post  
 praestitos à me labores, v' resq; & annos  
 exhaustos (si tamen in Te, propter Te, la-  
 borare dignus vnquam fui, sum, ero,)   
 procul à conuictu, & Consortio filiorum  
 Tuorum arcere, sordibus solu euerrendis,  
 egerendisq; aut pecudibus curandis de-  
 putare. Licebit Tibi, me morbo afflictū,  
 vel morti vicinum, omni solatio corporali  
 destituere, & tanquam canū veterarij vl-  
 cus, non curare. Licebit Tibi meum ca-  
 dauer, sepulturā asinorum, & bestiarum,  
 vel inhumatum abijcere, vel in sterqui-  
 linio sepeliri iubere Nolo à Te o Domina  
 mea Societas, vel à Tuis Filijs, aliquam  
 mei vnquam curam haberi: quidquid  
 autem praestiterū mihi beneficij, id totum  
 ex pura, & mera Tua super me manci-  
 pium Tuum miseratione, mihi impen-  
 sum credere, & fateri volo. Hoc pa-  
 ctum inter me, & Te, o Sancta Societas,  
 sit fixum, & ratum; dignerū illud ho-  
 die à me suscipere, meque in Tuum per-  
 petuum mancipium admittere: neque  
 enim aliter apud Te viuere possum, vel  
 sum dignus (quanquam neque sic dignus  
 sum) sed quia aliter non possum, hoc sal-  
 tem



*Finis est in  
tento reso-  
lutionum.*

tem modo, per viscera DEI, per merita  
Christi, per amorem Pretiosissimæ Paren-  
tū rogo, hoc corde, hoc ore, hoc scripto  
isto contestor, ad purum gustum volunta-  
tis Tuæ diuinæ, Domine DEVS meus, ad  
exaltationem IESV Christi, Domini mei:  
ad honorem Pretiosissimæ Parentū, Vir-  
ginis MARIÆ, Domine meæ. Amen.

Ex hac eius protestatione appa-  
ret, quantum hoc mancipium So-  
cietatis, in libertatem Filiorum  
DEI meritò euectum, Societatem  
ipsam æstimauerit, in qua manci-  
pium esse, Regnorū omnium præ-  
tulit dignitatibus.

*Professio  
stultitia  
propter  
Christum*

Fuit & aliud, quod illi idē Hu-  
militatis Spiritus inspirauerat, &  
in quo eūm effecerat animosissimū,  
nempe, vt ex amore æternæ Sapi-  
entiæ, apud mundum stultificatæ,  
singulis mēsisibus, faceret stultitiæ  
propriæ, propter Christum, profes-  
sionem; (ignotam, & ludicram ijs,  
qui non sapiunt quæ DEI sunt)  
vt habetur in gratiarum actione  
Liturgiæ eius, ab eo semper pra-  
cticatæ, Hebdomade 2. die 2 in  
hunc

Hunc modum. Verè o Domine, testi-  
monium mihi perhibere conscientiam meam,  
fingulq; veritate Tuam, nihil re ipsam sum  
aliud, nisi filium stultorum; & per omnia  
stultus, verè mihi non est opus in exem-  
plum profutendi stultitiam meam, assume-  
re stultificationem propter me aeternam DEI  
Patris Sapienciam, sed tantum verita-  
tem, in me regnantem per omnia stulti-  
tia, cognoscere; atque confiteri sufficit.  
Quia tamen Tu dulcis IESU, Patris Sa-  
pientia, stultus factus es pro me, idcirco  
nunc agnosco, & profiteor, me visum,  
contemptum, stultificationem ambire; de-  
siderareq; & tanquam mercedem Infitia  
tolerare debere, ac velle. Volo mi IESU,  
aeterna, sed pro me stultificata Sapiencia  
DEI, volo inquam; & firmo animi pro-  
posito decerno; nec fama, quantum ad  
scientiam, industriam, talentorum, inno-  
centiam, defectum, secluso solo peccato &  
rationabili scandalo aliorum, diminutio-  
nem, prostitutionem, proscissionem, cura-  
re, & amplecti; atq; per hoc stultitia  
Tua professor effici. A quo presenti de-  
sideria, cupio, & propono nunquam resi-  
dere: Adsu mihi semper Gratia Tua a-

Christus  
gentibus  
Auleisus.

*bundans efficacia? Sapientiū stultitiā Tuā  
amabile exemplum; Pretiosissima Tuā  
propter Te stultificata Parētū, MARIE,  
omniumq; Sanctorum, stultorum pro-  
pter Te, intercessionū meritum. Amen.*

Tantus Humilitatis Spiritus, in  
animo Patris Gasparis ex dono DEI  
residens, non poterat ita contineri  
interiūs, quin exteriūs erumperet.  
Atque inprimis, nullus ex tota Pro-  
uincia (nulli autem non erat no-  
tus, vt pote qui bis integram rexit  
Prouinciam, multoties autem Col-  
legia gubernauit) animaduertit in  
eo aliquod vnquā elati animi  
signum, affectationemue vanæ glo-  
riæ, aut appetentiam honoris. Fre-  
quens illi erat, se, suumque senium  
(tot in religione meritis æstimabi-  
le) canem putridū appellare. Erat  
nonnemo, qui cū eo fiducialius  
colloquens, innuerat eum esse San-  
ctum. Ingemuit ad hæc verba Pa-  
ter Gaspar, & altū suspirans, dixit;  
*Non nisi tunc sancti erimus, quando  
cū extremo halitu animam Creatori  
nostro restituerimus.* Alteri Scriptorum  
eius

*Vocabulū  
canis pu-  
tridi.*



eius multitudinem dilaudati, dixit; ipsa sua Scripta Purgatorij ignem sibi auctura.

Erupit idem Humilitatis Spiritus, & in calamū; satis enim grande de humilitate, & iactura sui, Op<sup>o</sup> scripsit, in quo inter cætera, sequentes hominis titulos, mirā ascendi exponit. 1. Homo labor assiduus DEI, molestia perpetua. 2. Homo penitentia, & dolor, cordis diuini, eiusque charitatis cruciatus. 4. Homo illiberalissima DEI seruitus. 5. Homo molestia DEI, morositasque, & miseria perpetua. 6. Homo patientiæ DEI lima, exercitatio, palaestra, Iræ prouocatio, offensarum messis. 7. Homo vanū diuinæ Spei bonum, beatitudinis diminutio, inutilis negotiatio. 8. Homo bonitatis diuinæ macula. 9. Homo iugum DEI, onusque importabile, insolubile debitum, Refractarium, & rebelle ac seditiosum monstrum, incorrigibile malum.

*Tituli hominis humilitatis mi subsequentes.*

Composuit insuper Officium defuncti

*Officium* functi, & sepulti amoris, honoris-  
*passi hono* que proprii, in linguis, & detra-  
*ru proprii* ctionibus humanis, cuius *Matu-*  
*num,* & *Laudes* continent captiuita-  
 tem honoris. *Prima*, continet vin-  
 cula, & iudicium honoris. *Tertia*,  
 Flagellationem honoris. *Sexta*,  
 Coronationem honoris. *Nona*, Cru-  
 cifixionem honoris. *Vespera*, mor-  
 tem honoris. *Completorium*, Sepul-  
 turam honoris.

Non præmittendum denique  
 est Canticum quoddam, per oppo-  
 sitionem ad *Magnificat B. V.* ab eo  
 compositum, & singulis mensibus  
 usurpatum, humiliandi sui causa,  
 estque tale; *Vilificat anima mea me-*  
*ipsum.* Et desperavit Spiritus meus, in  
 nihilo contemptibili meo. Quia mendic-  
 us sum, & pauper: propter nihilita-  
 tem natura mea. Ecce enim ex hoc, iu-  
 re continent me omnes generationes.  
 Quia nihil prorsus boni ex me possum. &  
 nulla est sufficientia mea. Sed miseri-  
 cordiâ DEI sum, quidquid sum: & ex  
 me nihil boni sum. Fecit DEVS boni-  
 tatem miserie meae, supplevit defectus  
 egesta-

*Canticum*  
*humiliatio*  
*nis.*

ogestatis meae. Extraxit me de lacu nihilii mei; & donauit me mihi totum. Exaltantes gratiam suam dicit Dominus: spernentes autem dimittit inanes. Curat vt nutrix infantem suum: nouit enim omne imperfectum meum. Sicut ab ipso sum totus quod sum, sic & ab illo spero cuncta bona mea. Gloria Patri. &c.

C A P V T XII.

Amor, quo Pater Gaspar seruebatur in DEVM, & proximum.

Amorem DEI sequi ex humilitate, & hanc ex illo, plusquam clarum est: qui enim contemnit seipsum, propter DEVM. non potest non appetiari, & consequenter amare DEVM, & contra: peririade atque euenit in bilance, in qua dum vna pars deprimitur, alteram eleuari, necesse est. Huc etiam spectat illud S. Augustini. Duo amores duas sibi fecere ciuitates. vnus vsq; ad contemptum sui, alter vsq; ad contemptum DEI. Per quod innui-

Munus Amoris DEI ex Humilitate sequenda.



tur; amorem DEI connexum esse cum contemptu sui, & è contra, amorem proprium cum contemptu DEI. Exposita itaque Humilitate Patris Gasparis, exponendus est amor, quo in DEVM ferebatur.

*Notitia de  
DEO singu-  
laris.*

Et primò, quia omnis amor præsupponit cognitionem, iuxta illud; *Nihil volitum nisi cognitum.* Indiderat illi DEVS singularem sui notitiam; tota enim vità religiosâ, de DEO, & Diuinis scripsit, eleuato, & admirabili spiritu: vt quiuis Scripta eius legens, fateri cogitur. Ex hac deinde tam magna, DEI, Diuinorumq; notitia, sequebatur æstimatio, & appretiatio DEI, dignitatique diuinæ, cui exaltandæ singulis mensibus diem vnum dedicabat. in qua post Sacrificium Missæ peractum, totū se impendebat, appretiando DEO, & eius dignitati, seque eidem deuouendo, ac inter cætera, sic loquebatur; DEVS, cuius natura, Dignitatis Mare, & abyssus dignitatum omnium: propter cuius honorem, vel in puncto augendum, omnis CREATURA,

*Exaltatio  
dignitatis  
diuina.*

sefe omni labori, sumptui, dolori, pe-  
 riculo totam impendat, in aeternum pe-  
 reat, seseq; inferno immergat: cui se  
 omnia plenè subdant, nisi aliàs per im-  
 possibile non deberent, coram Te nunc,  
 meo, & omnis Creatura nomine, omni-  
 modè, & omnipossibiliter, semel pro  
 omni tempore, atq; aeternitate, protestor,  
 quòd Te hù omnibus dignissimum reco-  
 gnoscam, quibus Tu ipse dignissimum re-  
 cognoscis, simul autem Tibi dignissimo,  
 & Tuae dignitati, in aeternum, ex nunt-  
 meo, & omni Creatura nomine, dedi-  
 tu, mancipatusque esse volo, & propo-  
 no. Supplico insuper Tuae eminentissimæ  
 dignitati, Teq; per omnia Excellentia-  
 rum Tuarum viscera obtestor; vt me sa-  
 cias honorandæ dignitati Tuae instru-  
 mentum, vt arisq; me ad humiliandum  
 me, ad exaltandum Te, quàm maximè,  
 iuxta omne placitum Tuum. Fac mi di-  
 gnissime DAVS, vt sim mancipium, &  
 iumentum dignitatis Tuae. Fac vt totus  
 ego, quantum quantum sum, cum omnibus  
 potentijs, & actionibus, passionibusque  
 meū, semper deseruiam exaltandæ di-  
 gnitati Tuae. fac vt vnica sis cogitatio

*Amor erga Deum,*

mea, cura mea, gloria, & beatitudo  
mea, magnificare dignitatem Tuam, idq̄  
omni meliori, quo possum, modo, ex nunc,  
in semper statuo. & confirmo, coram Te,  
qui corda probas.

*Gaudium  
de bonis  
DEI.*

Ex tali appretiatione DEI, orie-  
batur gaudium de bonis DEI, &  
complacentia in iisdem, optatio-  
que eorundem, seu volitio omnis  
boni DEO, in qua formaliter consi-  
stit amor DEI. hinc illi affectus,  
singulis itidem mensibus, die quin-  
ta Hebdomadis primæ ab eodem  
usurpati: *Benedic anima mea Domi-  
no, gratulare illi omnia summa bona  
eius. DEVS meus qui Tu es? ô Domine  
si Te homines nossent! Gaudeo, quod  
sis id quod es. talisq̄, qualis es. Gratu-  
lor Tibi ex toto corde meo ista omnia,  
qua habes, quacunq̄ es, ac potes. Desi-  
dero Te esse id quod es. volo Tibi hec  
omnia quacunq̄ habes. Des mi DEVS  
Tibi omnia Bona Tua, quibus dignissim  
es. DEVS meus frui Te, imple  
Te Bonu Tuu. Ama Te pro omnibus, &  
pre omnibus Creaturis. Amo Te DEVS  
meus, quia summè Summus es, in omni-  
bus*



bus perfectionibus Tui. vnum Volo, & requiro, tã mihi, quàm Creatura omni, quàm Tibi DEVS meus, vt Tu sis, & nos velimus, atq; gaudeamus Te esse id quod es. DEVS meus estimo Te: sed estimando nescio quid facturum sum pro Te. Si radius essem: Tu autem sol: adlerem me Tibi, & esses lucidior: Si essem gutta, & tu mare, affunderem me Tibi, & esses plenior; Si essem atomus, & Tu mundus, apponerem me Tibi, & esses maior. Sed cum ego nihil sim, Tu autem omnia, quid addam Tibi quod non sis? Addo ergo Tibi Teipsum, & Te, Tibi ipsi volo. Volo vt sis id, quod es, & DEVS meus.

Singularis  
erga DE-  
VM affe-  
ctus.

Quia verò amantium est, velle, & nolle, ex instinctu DEI specialì instituerat Pater Gaspar desponsationem sui cum voluntate diuina, conceptis verbis, quam etiam singulis Mensibus innouabat, die secundà hebdomadis primæ, in hunc modum.

O suauissima, atque semper adoranda DEI voluntas, cui seruire, dignitas, cui placere, vita, cui adherere, beati-

## Amor erga Deum,

modo est. Ego N. quamuis per omnem  
 modum consortio Tuo planè indignissimus,  
 & nullo modo Tibi exequandus, solo  
 tamen, & puro Tibi placendi desiderio,  
 Tuiq; etiam Sacrosancto nutui, ad id me  
 misericorditer impellenti, obsequi ex a-  
 nimo concupiscens, Te mihi charissimã,  
 perpetuamque sponsam eligo, & accipio:  
 Viciissimq; me Tibi, in sponsum perpetu-  
 um trado, deuoueo. Omnem substanti-  
 am, libertatem, potentiam, fidelitatem  
 meam, dilectionem quoq; & cohabita-  
 tionem, & mutuam obsequium, atque  
 etiam laborum; studiorum, cogitationũ,  
 fructuum communitatem, Tibi in omnem  
 vitam meam, immò in omnem ater-  
 nitatem despondeo: ita vt Tu mihi sua-  
 uissima sponsa, & ego Tibi sponsus be-  
 neplacens inuiolabili iure desponsatus in-  
 tererum esse, & vocari velim, Tu iam  
 ô sponsa omnipotens, effice me secundum  
 cor Tuum, meq; fruiere per omnia, &  
 vtere me ad omne beneplacitum Tuum,  
 iuxta omnipotentem efficaciam Tuam.  
 Volo ô Domina, & sponsa mea; vt quid-  
 quid Tibi, siue de me, meiq; actioni-  
 bus vniuersis, siue de alijs quibuscun-  
 que,

Desponsa-  
 tio cum co  
 luntate de  
 uota.

que, ad me quomodolibet pertinentibus, vel non pertinentibus, prosperum, vel aduersum placet, mihi quoque ut placeat, volo. ut quidquid ego per omnes potentias meas in omni momento vita mee agam, Tibi perfecte commensuratum, subditum, placitum, & gustabile fiat. A qua voluntate, & proposito, desponsatione presenti, nullatenus me resiliire velle, coram Te ipsâ Dominâ, sponsâq; mea profiteor. Sic me Tu ô Vnicus cordis mei amor, & delicia, adiuuare, & confirmare efficaci, continuoq; auxilio Tuo digneris in perpetuum. Amen.

Idetiam euenit amori erga DEUM Patris Gasparis, quod naturaliter suenire solet igni, qui postquam magna subministrata fuerit materia, excessiuas assurgit in flammâ: erexit enim amor iste ardores suos, & in extraordinarios erupit affectûs, inter quos hi suere. DEVS meus amarem Te, aestimarem Te, omnia Bona vellem Tibi, corde meo, & voluntate meâ. Sed Tu Domine non talibus affectibus meû dignus es. Ergo nec amo, nec aestimo, nec quidquam Boni volo Tibi: hæc enim omnia nihil sunt, & infra Te

Affectus super  
perexcedentes.

infi-



infinities sunt, sed superamo, superestimo,  
 & omnia super Bona supervolo Tibi:  
 non affectibus meis, sed quantum mihi  
 das illos, affectibus Tuis, Te, per Te, su-  
 peramo, Te, per Te superestimo, Te, per  
 Te super-exalto. Sis super-benedictus,  
 superlaudabilis, superexaltatus per me,  
 pro omni Creatura, ab ipso Te, quantum  
 est dignum amari, & magnificari Te.  
 DEVS meus, Te stringo, & teneo, noli  
 me relinquere, ne forte cogar dimittere  
 Te. Ab quam id nollem! & scio qui-  
 dem, quia id non faciam nisi volens, sed  
 mi DEVS, fac me nolle, nec sinas me, vel-  
 le dimittere Te, quin immodè rape me in  
 Te, & compelle intrare angustias meas  
 in latitudines Tuas. DEVS meus igno-  
 sce furori amoris mei, Tuus est, & Te a-  
 mat, & Tu das illum, furit, & irrum-  
 pit, quia vim patitur. Excusa illum a-  
 pud Te, quia Tu es qui rapis illum ad Te.  
 & audacem facis coram Te. Amo, &  
 ideo non revereor, quia non timeo, nisi  
 ne amem.

Mira indo-  
 les amo-  
 ris divini.

Processit ulterius amor iste, tan-  
 tasque illi alas contulit, vt supra  
 omnia eluctatus, adeoque supra se-  
 ipsum,

ipsum, & seipso exutus, DEO indi-  
 uinari conaretur. Suggestit illi di-  
 uinam lumen Indiuinationem hanc,  
 cuiusque modos, Anno 1621. vt in ei<sup>9</sup>  
 illustrationibus deprehendi, de qua  
 postea in Discursibus de iactura sui  
 ipsi<sup>9</sup>, multa erudito-diuinè scripsit,  
 quæ hic referre non vacat. Eiusdè  
 deinde Indiuinationis praxim seu  
 exercitationem actûs indiuinatorij,  
 Singuli Mensibus, die primâ heb-  
 domadis secundæ innouabat, sic;  
 Qui mihi det ô Domine DEVS Homo  
 pro nobis facite, per gratiam Tuam, in Te  
 DEVM vicissim transformari, & quan-  
 tum Creatura fas est, in Te totaliter  
 transire, atque Tui quàm maximâ dile-  
 ctione, purissimâ inhesionis, & intentio-  
 nis ad Te vnum, conuersione, in Tui si-  
 militudinem transfigurari, Tuiq; cale-  
 stibus Bonis, quantum in Creaturam ca-  
 dere potest, ita communicare, quemad-  
 modum Tu, de nostra humanitate, eiusq;  
 miseris omnibus, quantum Maiestatis  
 Tue fas erat, participare dignatus es.  
 Nunquid Domine aut voluntati Tue  
 non est, aut difficile Tibi est, talibus lo-  
 cuple-

Actus lu-  
 diuinationis  
 nis

## Amor erga Deum,

cupletare pauperulam animam meam  
 Certè & Tu, DEVS cum esses, factus es  
 homo, idèò vt nos Diuinitatù Tuæ tribue-  
 res esse participes, & in manu Tua Pater  
 omnia posuit, quacung, ad salutem, &  
 Sanctificationem seruorum Tuorum per-  
 tinere possunt. Age igitur ò Domine,  
 Redemptor, exaudi postulationem meam,  
 & fac me Tibi in Diuinitatù moribus  
 similem. At enim Tu Domine audiens  
 hanc balbutiem ignorantie meæ, derides  
 audaciam meam, quì quam nescio grati-  
 am abs Te postulare presumo. Fateor mi-  
 IESV, me nil scire, aut posse, aut habere  
 sine Te; Scì tamen, quid velim, quì  
 omnia scì, nosti quid petam, qui das vt  
 petam. Peto, vt perdito me, omnibusq;  
 Creaturù, nihil videam, nil quaram,  
 nihil amem, nisi solum Te, vt viuam ego,  
 non ego, sed Tu viuas in me; Quid sit  
 illud, Tu scì Domine, ego autem de-  
 sidero hoc quod peto. & hoc peto, quod de-  
 sidero: ò amare! ò ire! ò mihi, & o-  
 mnibus perire! in Te transire! in Te  
 interire! ò ad Te DEVM solum meum  
 peruenire! istud est, DEVS meus, pro-  
 pter quod exinanitò, atq; annihilatò  
 conca-

Perditio  
 sui, & Cre-  
 aturaru  
 omnium.



concupiscit, & astat tota substãtia mea.

Quomodo autẽ eodem amore diuino erga VERBUM Incarnatum aestuauerit, luculentum perhibet testimonium Liturgia eius, ratioque celebrandi Festa, & Liber consuetudinum; quæ omnia quotidie manibus terebat, non minùs quàm Breuiarium, aut Missale. Legere ibi est exquisitas praxes, & affectus viscerosos, quos hic non refero. Utinam tandem aliquando prodeant in lucem. Augustissimo Eucharistice Sacramento ita erat addictus, vt præter longa ad Sacrificium Missæ preparatoria, actionesque gratiarum protractas, interdum integras recreationes (à quibus non ad eundis obtinuerat facultatem) eorã eo consumpsit. Dum incrementum celebrabat Sacrificium, eumque, qui Ignis consumens est, tractabat, carbonis instar accesus ipse, totoque se alteratus, cum igne diuino, vix non abibat in flammam. Eundem incarceratum Eucharisticè pro nobis, DEVM Hominẽ, adibat crebrius,

*Visitatio  
S. Sacramenti*

*Amor erga Deum,*

brūus, atque alijs, vt adirent suadebat, addebatque, se quidquid haberet, seu in doctrina, seu in deuotione, totum exsuxisse ex hoc peccatore DEI.

Amor proximi propter DEVM qualis, quantumque in eo fuerit, argumento esse potest, imprimis magna aliorum appreciatio, qua ita alios aestimabat, vt eorum Nomina ex eorundem Epistolis excisa, pretiosi instar depositi portaret. Accedit quaedam imprimis eius resolutio, de qua ille in libello luminū, hæc habet. Primā die Nouembris, Anno 1622. feci votum, & iuramentum diuinæ Maiestati (saluā Superioris acceptatione, quæ postea cum diuina gratia secuta est) seruiturum me, fratribus meis omnibus, vsque ad mortem, in peste, cuius præsentis periculo tunc cingebamur. Idem votum, ac iuramentum vnā cum alijs actibus, sanguine meo subscriptis, ac in altari Sanctissimi Sacramenti suppositis renouaui, ibidemque etiam omnia  
totius

toti<sup>9</sup> vitæ meæ peccata retractavi.

Votum autem & actus erant eiusmodi.

Votum, &  
iuramen-  
tum ferri  
endi in  
Peste.

DEVS radices desideriorum  
exaudi.

1. Credo sicut Sancta Ecclesia credit,  
& Credo eam fidem, quam Eccle-  
sia, Sancta, Romana, docet esse veram,  
tenendam, diuinam; quare in illa, pro  
illaq; mori, tot mortibus, quot possibiles  
sunt, volo, & paratus sum, ac ero.

2. De iustitia, meritù, dignitate mea  
despero, spero autem in sola DEI bonita-  
te, & gratia, in Christi meritù, & mor-  
te, in Pretiosissima Parentù, heredi meæ  
patrocinio, in Communionem Sanctorum.

3. Amo, & asumo DEVM meum,  
super omnia, qua DEVS non sunt, amo  
autem gratù, quia scilicet DEVS dignus  
est, & amo, ut amem.

4. Omnem DEI voluntatem, inter-  
nam, externam, substantialem, ita ap-  
probo, ita amo, ita exosculor, sicut in ea  
DEVS ipse complacet, quod potissimum  
aplico huic voluntati DEI, quâ me DE-  
VS mori hac presenti peste, hoc presenti  
tempore deceruit, si decernit.



5. De-



Prompti-  
tudo ad  
morien-  
dum.

3. Decretum mortu, à diuina manu,  
eo animo excipio, quo animo excepit  
Christus IESVS decretum mortu sua, pro  
me, in instanti Conceptioni sua, in Cru-  
ci morte. Item eo animo amplector, quo  
animo excepit nuntium Incarnationis,  
expressitq, illi verbi; Fiat mihi &c.  
Pretiosissima Parens, & Mater mea MA-  
RIA. Item eo animo, quo vel ego, vel  
quilibet Sanctorum, excipient in die lu-  
dicij, illud beatum; venite benedicti Pa-  
tri mei, possidete Regnum &c.

6. Omnia opera totius vite mea,  
quanta quanta sunt, & à quacunque po-  
tentia mea profecta sunt, mala, & im-  
perfecta retracto, & corrigo, ad DEI  
placitum: bona vero rata habeo.

7. Quacunq, DEO bene proposui, pro-  
misi, iuravi, quae Pretiosissima itidē Pa-  
renti, & cuicunq, Sanctorum promisi,  
ea omnia propono, promitto, voueo, iu-  
ro nunc, ad gustum Diuina voluntatis.

8. Gloriam do DEO, vanitatem do  
diabolo, mihi, purū merūq, nihil reseruo.

9. Quam perfectè, & omnimodè su-  
biectus sui tunc DEO, quando primū  
à DEO in hac rerum natura, produca-

bar, & in fieri eram, tam perfectè, me nunc adoranda DEI voluntati subdo, & subdere aeternum volo.

10. Quantum; & quo motiuo DEVS odit peccata mea, tantum; & ex eodem motiuo, ego detestor eadem.

11. DEVM beatificè videre non me- rui, nec merebor in aeternum: cupio ta- men videre, quia ille me ad hunc finem condidit, redemit, perducere vult, gra- tiam dat, & merendi per Christi San- guinem, facultatem.

12. Statum Religiosum, quem 14 annis tenui, approbo, amplector, & ex nunc ingredior, totiuq; mundi res, & spes, pro DEI amore, & seruitio calco, Crucisque Christi probrum, omnibus e- ius pompis; affectu, & animo Ducis mei, IESV Christi Crucifixi, praepo, & eligo.

13. Si de salute mea aeterna cer- Obsequiū  
uus essem, immò si eam iam haberem, DEI cum  
& placeret DEO, me hinc cum incerti- incertitu-  
tudine salutis viuere, aliquid autem in- dine salu-  
figne ad DEI gloriam, & voluntatem tu.  
perficere, praeligo hoc posterius, illo pri-  
ori, purè propter gustum DEI, & pro-

## Amor erga Deum,

per adoranda voluntati, gloriae, eius  
estimationem.

14. Pro omnibus, & singulis bene-  
ficijs DEI, mihi quomodocunque in tota  
vita mea, & ante vitam praestitu,  
& post vitam praestandum DEO grati-  
as ago, quantas possum, ago quan-  
tas debeo, ago quantas Christus pro  
suis obtulit, quantas Pretiosissima Pa-  
rens, quantas omnes Sancti obtule-  
runt, aut offerent, quantas divina  
voluntas ea beneficia conferens, me-  
retur.

15. Protestor, & iuro, me Pretiosis-  
sima Parentu esse hereditatem, & il-  
lam esse meam heredem, omni iure,  
quod melius esse potest; & cuius Crea-  
tura in Creaturam, DEO volente, &  
annuente, capax est.

*Resolutio  
singularis* 16. Etsi scirem quod damnandus sim,  
DEO seruire, cum omni, quae Creatori  
debetur seruitute, vellem, & vola,  
tanto etiam magis, quanto hoc spatium  
breuius mihi esset, & huius tantum vita  
spatijs clausum.

17. Opto anathema fieri pro fratri-  
bus meis, hoc est proximis, qui DEUM  
nesci-



nesciunt, qui DEVM offendunt, qui negligenter illi seruiunt. Opto autem eo sensu, & affectu, quo id Moyses, quo Paulus optauit, quo optari potest.

18. Doleo de omnibus peccatū, quæ in DEVM quomodocunq; vnquam facta sunt, fiunt, fient vnquam, eo affectu, quo Christus de illis doluit.

19. Spiritum meum non alibi, quàm in Suauissima DEI voluntate, IESV Christi laere, Pretiosissima Parentū mee manibus, Ecclesie Romanae Catholicae fide, Societati IESV Religione, emittere, atq; deponere exeuntem ex hoc corpore, volo, atq; cupio.

20. Prout semel voui, & iuravi DEO *Ipsam Co.* Pretiosissima Parenti, me fratribus meis *in me* & in peste infectis, ac moribundis, in Spiritibus *ramentū.* tualibus inprimis, & etiam in corporalibus, saluā obedientiā seruiturum, in presenti ita idem votum voueo, iuramentumq; iuro, nunc, & in singula momenta vite residua; mortemq; eo nomine imminentem mihi, libens coram DEO, accepto, tantummodò sit id Diuine voluntati gratum, animaque mee salutare.

*Amor erga Deum,*

21. Cupio toto cordi affectu, vsque ad finem mundi, in grauissimis laboribus, & arumnis, omnium hominum salutem aeternam deseruire, & me ad hunc laborem, ex nunc, Sanctissima DEI voluntati, qua omnes saluos fieri vult, humilime offero, sicut sese Christus Dominus meus obtulit.

22. Hos omnes actus, quatenus à me sunt, agnosco nullius esse apud DEVM momenti, sed eos in medullas gratia, voluntatiq̄, & in viscera meritorum, Sanguinisq̄ Christi immergo, vt valeant.

Deinde secuta est subscriptio, Sanguine proprio.

DEO, Pretiosissima Parenti, MARIE.

IHS. Voueo, Iuro.

Ego Gaspar Druzbecki, Societatis IESV.  
1622. 4. Nouembris.

Non minor animi affectus eluxit in Patre Gaspare, erga inimicos. Pro quibus inprimis ante Sacrificium, in Memento viuorum, ita orare solitus erat. Sanctissima Trinitas commendo Tibi inimicos meos, qui me lingua, calamo, iudicio, affectu, facto quopiam offenderunt, vel offendere iussi

*Affectus  
erga ini-  
micos,*

iussi, nisiq; sunt, qui mihi quoquo modo,  
 aut pretextu, ad aliquid impedimento  
 fuerunt, quibus omnibus, te DEO meo  
 teste, & dante, condono ex corde, quin  
 etiam illos sincerè amo. Ama & Tu illos  
 Domine DEVS meus, quantum potes,  
 & vis, pro tua bonitate, & bona volun-  
 tate. Post Sacrificiũ, deinde omnes  
 inimicos diuinæ benignitati, com-  
 mendabat, adiuncto Christi San-  
 guine, in quo eos peramanter, de-  
 mergebat. Schedam quandam acu-  
 leatè contra se, conscriptam, cum  
 reperisset, exosculatus est, in pat-  
 teque eius versa. hæc reposuit. Ad  
 ornandum, dignificandum, emendum  
 Christum, ad saginandum, mercede con-  
 ducendum, captiuandum, recreandum,  
 inhumanandum, deificandum Christum.  
 Ad intentiones eius, erga Patrem, erga  
 se, erga nos, ad intra, & ad extra &c;  
 adde; id offero, Quam Scho-  
 dam in secreto suo libello  
 reconditam habuit.





## CAPVT XIII.

*Affectus, & cultus, quo Pater  
Gaspar prosequabatur B. V.  
& quosdam alios Sanctos.*

DEI MA-  
TER AURO-  
RA OMNIBUS  
Boni.

**A**Dmirabilis DEI Mater, in hoc prodigiosissima est, quod omnibus DEI seruis, antecedentes ante omnia diuina beneficia, affectus erga illam, Deo solo operante, innascatur: hæc nempe auro-ra, seu aurea hora, præcedit Solem Iustitiæ, ipsamque Iustitiã; sine hac Matre, nemo fit Filius DEI, absque hac DEI thesauraria ditatur nemo, sine hoc Sanctissimæ Trinitatis (iuxta Hesychium) complemento, nemo pertingit ad mensuram plenitudinis Christi. Et certè non decet aliam esse ad Cælum viam, nisi quæ fuit DEO ad terras, nempe MARIA. Per hanc quo pacto Patrem Gasparem diuina manus direxerit, duxeritque ad perfectionem, colligi potest ex illustrationibus illi diuinitus factis, quas in libello eius reperi.

*Pretiosissima Dei Matris.*

217

1. Anno 1621 die Præsentationis B. V. in oratione venit mihi in mentem, quod aliquando audieram, Beatissimæ Virgini inter omnes titulos, qui illi in Litanijis (quæ Lauretanæ dicuntur) tribui solent, maximè placere illum, *Mater admirabilis*, cùmque hunc titulum usurpare me obiectus, & impressus est mihi alter titulus, *Parentis Pretiosissima*, quem tunc decrevi mihi familiarem usu reddere.

*Titulum  
B. V. Parentis Pretiosissima.*

2. Die 24. Nouembris, Purissimam Pretiosissimamque Parentem, in oratione, omnibus post DEVM rebus, toti mundo, & omnibus mundis similibus, & actu possessis prætuli, & me pro tunc præferre iuramento confirmavi.

3. In Festo Conceptionis Pretiosissimæ Parentis, cùm N.N. me Beatissimæ, Pretiosissimæq; Parenti, in Hæreditatem tradidi, & traditionem illam voto, atque iuramento firmavi, eoque non semel, sed frequentius repetito. Hac facta traditione, sensi interius tales dedu-

*Beatissima Virgo Mater.*

Etiones. Hereditas mea es 1. Liberum  
 ergo mihi est iam, & erit, facere te-  
 cum quod volo, & tractare te, prout  
 volo. 2. Non potes igitur vllâ tui parte,  
 vllâ tuâ actione offendere filium me-  
 um: indignissimum enim est, in mea  
 hereditate nasci offensas DEI. 3. Non  
 potes igitur calamo, chartâ, libro, filo,  
 cubiculo, quacunq; re vti, vt vti, & quan-  
 do vis, sed à me facultatem petere ven-  
 tendi, & ex mea voluntate, prout scili-  
 cet me velle iudicabis, vti debebis. 4.  
 Vlcisci iniurias nunquam debebis, nec  
 vlli offendi, sed mihi totum relinquere,  
 vt ego si voluero causam agam, vt litem  
 prosequar, si autem etiam voluero, ne-  
 gligam. 5. Quidquid ergo tibi accide-  
 rit, dextri, sinistri, vna, aut plures si-  
 mul, turbationum occasiones, à me illa  
 omnia venisse putare, & tanquam ab  
 hereditaria tua Domina recipere debes.  
 simulq; cum gaudio, & exultatione o-  
 mnia subire, ex hoc tanquam certo si-  
 gno colligens, quod mihi cura sis, &  
 quod ego hunc agrum, hunc hortum,  
 hanc vineam colam, arem, purgem, pu-  
 sem, visitem, quod tibi consolationi ma-

Illationes  
 facta ex  
 traditione  
 sui in He-  
 reditatem  
 B. V.



*Pretiosissima Dei Matris.*

219

gne esse debet, ut pote, quod tua traditio accepta mihi, accepta à me, & cura mihi sit. 6. Debes ergo erga me animo fidenti esse, & per omnia, post DEVM à me, & mea cura pendere, omniaq; à me expectare, sicut insani omnia expectat à Matre: sicut ager ad hoc ut fructum ferat, omnia expectat ab agricola, & à Celo, culturam scilicet, segetem, pluuiam, calorem, ventos, rorem &c.

7. Debes ergo esse Arendarius meus deinceps, vel locatarius, ut utaris teipso, sed non tanquam tuo, verum tanquam meo, fructum mihi ex teipso ordinarium, annuum, mensurum, diurnum, horarium, pendendo, & nemini teipsum me inuita, impendendo.

4. Oranti mihi die 23. Aprilis. 1622. oblata est quaestio, an paratus essem quoddam certum tribulationis genus subire, & pati? respondi initio, me indignum esse, qui tam generosam Crucem post Christum ferrem, fragilitati meae, atque impotentiae satis esse puerilem aliquam tribulationem, vnius virgulae ietum ferre me non posse,

*Prouentius  
debiti B.  
V.*

*Dependē-  
tia à B. V.  
sanguam  
Hærede.*

nedum tantam Crucem, Athletis illustribus dignam; si tam n. illam imponere diuinæ Maiestati place-  
ret, me non recusare illam. Deinde respondi, eâ de re mecum deliberandum non esse, neque meum consensum, aut apparatus exquirendum, sed voluntatem Pretiosissimæ Parentis, Hæredis meæ, atq; Dominæ absolutæ esse exquirendâ; an illa contenta sit futura, si sua isthæc hæreditas (hoc est ego) hoc modo tractetur: *Sicut enim mi Omnipotens DEVS, nihil aliud à Tua Maiestate peto, quàm quod mihi Pretiosissima Parens mea, abs Te precatur: ita nihil horum recuso abs Te, sustinere quæcunque mihi Pretiosissima Parens, ac Hæres mea immitti, & imponi permittit.*

5. Anno 1622. die 1. Nouembris, supplicans Sanctissimæ Trinitati, IESU Christo, Beatissimæ Virgini, Sanctisque Angelis, pro auertendo à nobis periculo pestis, cum ad orandam Pretiosissimam Parentē deuenissem, valdè asseueranter, & refle-

reflexiuè intellexi. nullum deinceps  
ex nobis moriturū hac peste, quod  
& euenit.

6. Die vigesimā primā eiusdem  
Mēsis, in festo Præsētationis Bea-  
rissimæ Virginis, oranti mihi, atq̃  
à D E O, filialem, erga Pretiosissi-  
mam Virginem, amorem, devo-  
tionisque augmentum petenti, &  
vt Hæreditas eius esse possem, po-  
stulanti. responsum mihi est inte-  
rius; vt iam non id poscerem, sed  
illud; vt vicissim hæres Pretio-  
sissimæ Parentis esse possem, simul-  
que tunc mihi inspiratum est; vt  
ab hac die, ad Conceptionis Festū,  
disponerem me, ad dignè accipi-  
endam Pretiosissimam Virginem,  
in meam Hæreditatem.

*B. V. Ma-  
redita.*

7. In Festo Conceptionis B. V.  
ex diuino, vt puro, instinctu pe-  
culiari, accepi Pretiosissimā Parē-  
tem, in Hæreditatem meam, & fa-  
ctus sum hæres illius: ad quam  
rem præparare me conatus sum  
pro Viribus meis, per gratiam DEI,  
mihi concessis. In his erant hæ-

*1. Obi-*



*Prepara-  
tio ad ac-  
cipiendā  
B. V. in  
Hæredi-  
tatem.*

1. Obibam aliquoties caelestes ordines,  
 postulando ab eū eleemosynam, & orna-  
 tum, ad dignē accipiendam, & aduen-  
 dam hanc hereditatem. 2. Cre-  
 brò postulabam à DEO doctrinam, de  
 modo, quo possem fieri heres, & quo  
 hanc hereditatem possem tueri, colere,  
 hanc oratiunculam repetendo. Mi IESV,  
 da mihi, vt Pretiosissima Parentū heres  
 fiam, & doce modum, quo fiam. 3. Di-  
 sciplinas, & in cibo parsimoniam auxi.  
 4. Vigiliam Conceptionis totam ieiuna-  
 ui, panē nihil comedens. Accepi au-  
 tem Hæreditatem hanc in Sacro,  
 in quo notabiliter aduertī factita-  
 tas mihi à dæmone multas tribu-  
 lationes, ex quo intelligebā DEO  
 quidem rem cordi, diabolo autem  
 odio fuisse. Eodem die accepi, per  
 intercessionem Pretiosissimæ Pa-  
 rentis, magna, & efficacia lumina,  
 ad me humiliandum, per abnega-  
 tionem, & professionem stultitiæ,  
 per exaltationem in me diuinæ gra-  
 tiæ. Quas ego veritates, inter ma-  
 gnas DEI gratias numerare debeo,  
 cum notabiliter sentiam, maximos

me in

*Pretiosissima Dei Matris.*

223

me in via DEI progressus fecisse per hæc lumina, & maximam animi quietem, libertatem, demissionem, altitudinem &c. consecutum.

8. Anno 1623. Die Conceptionis Pretiosissimæ Matris, cæpi degustare nonnihil; quid sit incessabiliter DEO seruire, & inhære affectu præsertim amoris, Sicut B. V. incessabiliter adhæsit, magis quàm ipsa Seraphim adhærescunt. Eadē die, supra hanc ipsam incessabilitatem examen particulare facienti, subiit mihi in mentem, hunc affectum impetratum mihi, ad degustandum, à Pretiosissima Parente.

*Degustatio incessabilis adhesionis DEO.*

9. Anno 1626. in præparatione ad Conceptionem B. V. venerat mihi in mentem assumere Pretiosissimam Parentem in sponsam; super quâ re deliberans, & DEVM consulens, dixi Sacra quatuor, & alias orationes adhibui. In Vigilia diei, nihil panē comedi. Ipso die Festo accepi cum diuina gratia, Pretiosissimam Parentem mihi in Spōsam, eodemque die aliquot illi tradidi

*Acceptio B. V. in sponsam.*

dididi personas, in Filios, & hereditates.

*Traditio  
sua in Mancipium B.  
V.*

10. Eodem mense tradidi me Pretiosissimæ Parenti in Mancipium, & seruum: visum enim est mihi ab hoc affectu incipere erga Pretiosissimam Parentem, licet defacto ex omnibus affectibus, & modis quibus me Pretiosissimæ Parenti mancipaui hactenus, iste sit vltimus: quia iste mihi post omnes in mentem venit.

Sic præiactis à DEO fundamentis, consurrexit eximia in animo Patris Gasparis, MARIANÆ pietatis fabrica, variusque diuinam Parentem colendi, sibi que demerendi apparatus, ex quo pauca non nisi delibanda duxi. Ac imprimis, singulis mensibus vnā deligebat hebdomadem. in qua Pretiosissimæ Parētis honori quotidiana Missæ Sacrificia addicebat, in quem finem conscripserat Liturgica exercitia, tenerrimis, erga MATREM DEI, affectibus plena.

Octobrem integrum cuiuslibet  
Anni-



*Pretiosissima Dei Matris.*

225

Anni eiusdē Hyperdulico cultui cō-  
secrabat, hisque modis eam vene-  
rabatur. 1. Legebat de ea, de vita,  
laudibus, Mysterijs, miraculis, be-  
nificijs eius. 2. Colloquiorum suo-  
rum materiam habuit, Pretiosissi-  
mam Parentem. 3. De eadem quo-  
tidianas instituebat Meditationes,  
præsertim de titulis eius, quos in  
magno numero conscriptos in prō-  
ptu habuit. 4. Eisdem titulos o-  
retenus recitabat, atque ita distri-  
buebat in dies, vt ultimâ die Men-  
sis completeret 365 titulorum reci-  
tationem, & considerationem, 5.  
In dies singulos huius Mensis, facie-  
bat aliquâ actionē ex imitatione il-  
li. 6. Decadē actuum de ea cōscri-  
ptorum, singulis diebus per aliquē  
orandi modum reolebat, idque  
loco pensionis diurnæ, debite à  
se Pretiosissimæ Hæredi suæ. 6. Mor-  
tificationes Mensi appropriatas, ex  
puculari cultu hyperdulico eiusdē  
faciebat, & alias consuetas ex eo-  
dem motivo facere curabat. 7. Sin-  
gulis diebus imprimebat sibi dolori-  
ferè

*Francesco  
lenti B.  
V. in Octo-  
bris,*

*Impressio  
dolorifera  
nomine  
S.V.*

ferè Stemma Pretiosissimæ Parentis, nempe nomen ipsius Sanctissimum. 8. Assiduè per hunc Mensem voluebat manibus, & linguâ, & corde Rosarium eiusque aliqua Mysteria; præcipuè verò ingeminabat cum oblectatione animi illos titulos. O MATER DEI! O MATER admirabilis! O PARENS Pretiosissima. 9. Exercitia MARIANA à se conscripta, reddebat sibi familiaria, quotidieque ea per ordinem viurpabat. 10. Faciebat singulis dieb<sup>9</sup>, totius corporis, & animæ, omniumque potentiarum nomine, ministerio, cultum aliquem Pretiosissimæ Parenti, & tanquam tributum totius sui pendebat. 11. Per hunc Mensem, primitias diei cuiuslibet Pretiosissimæ Parenti dabat. Similiter eiusdem honore concludebat quemlibet diem. 12. Habebat indiculum, seu Litaniam Amatorum Pretiosissimæ Parentis Singularium, quos singulis huius Mensis diebus, aliquo affectu, & cultu prosequabatur.

batur, per eorumque intercessionem, augmentum in se erga Pretiosissimam Parentem, petebat.

Exercitia autem MARIANA, hæc inter cætera habebat vsui: Accepto Rosario in singulis eius globulis repetebat. 1. Pretiosissima Pa-

*Exercitia*

*MARIA*

*NA*

rens astimo Te super omnia DEO mivovya. 2. Pretiosissima Hares nostra, benedic hereditati Tue, vel accipe me in hereditatem Tuam. 3. Domina opitulare. Domina non opitulaberu? 4. IESVS, MARIA, dulcissimi amores mei, patiar ego, moriar ego amore vestri, totum sim vester, & nullus meus. 5. Pretiosissima Parens mōstra Te esse matrem. 6. Pretiosissima Parens trado me Tibi in mancipium. 7. Pretiosissima Parens vulnera cor meum amore Tuo. Habebat & alia plura, quæ interdum ita permiscebat, vt aliud in maioribus Rosarij globulis, aliud in minoribus percurreret.

Ex affectibus, quibus in diuinam Matrem ferebatur, hi erant præcipui.

1. Pretiosissima Parens protestor co-



Affectus *ram* DEO, quod gloria Tua integra  
 erga B.V. rem redimere, augmentumq; illius pro-  
 curare cupiam, & paratus esse velim,  
 & iudicem, etiam cum mei ipsius, etiam  
 cum totius Creatura (exceptâ *LESV*  
 Christi Humanitate) iacturâ, inquan-  
 tum id gustui diuino conforme est, aut  
 esset.

2. Pretiosissima Parens, est quidem  
 id, per presentem ordinem rerum im-  
 possibile, ut ego Te in gratia, & gloria  
 diuina donis excedam. Si tamen id pos-  
 sibile, & in manu mea esset, nollem  
 protestor id esse, sed cuperem, & quâ-  
 rum ex me, facerem, Te, tam meipso,  
 quàm omni purâ Creaturâ digniorem,  
 gratiosorem, gloriosorem, iuxta DEI  
 placitum, Maternitatîq; diuina Cōdigni.

3. Pretiosissima Parens vsq; aded mihi  
 complaceo in cura, & patrocínio Tuo  
 circa me, inq; amore, & studio meo circa  
 Te, ut si vellet DEVS (quod vtrique non  
 vult) me saluare, & glorificare sine in-  
 teruentione Tua pro me, & sine cultu,  
 amoreque Tui in me, vellem petere hu-  
 millimè à DEO, ut nonnisi iuxta volun-  
 tatem, atq; charitatem Tuam saluaret,  
 & glori-

Pretiosissima Dei Matrū.

229

Et glorificarer: nolo enim vllum bonum temporale, aut aternam, habere, quod non meritū Tui ō Pretiosissima Parens, veritate iubente, cogar me Tibi per omnia post DEVM, & Christum IESVM, profueri debere, iuxta DEI voluntatē atq; saluo in omnibus eius diuino gustu.

4. Pretiosissima Parens, amo Te post DEVM supra omnia: quia DEVS super omnem puram Creaturam amauit, & amat Te: quia omnes Sancti, omnes ciues celi amauerunt, & amant Te: quia si non amauero Te, DEVS non saluabit me, amo Te, & si mille corda haberem, mille cordibus amarem. O amatrix mortalium! O raptrix cordium! O dulcissima esca, & mellitissime laqueus peccatorum! Amo, amo Te, & in amore Tui mori volo. O MATER centies, millies, millionies, infinities, & ultra amanda.

5. O mihi omni re, & spe pretiosior Virgo! ō fons boni mei vniuersi! ō tesera salutis mea! ō prædestinationis, Vocatiōis, gratiæ, iustitiæ, perseuerantiæ, gloriæ meæ medium! sero pretium Tui agnoui, & quàm pretiosissima sis, à Te didici. Teste ergo Cælo, & terrâ, pro-

restor Te esse pretiosorem cunctis infra  
 DEVM: cum hac tui aestimatione, &  
 amore perseuerabit anima mea, dante id  
 mihi eo, qui omnia tribuit Tibi.

6. O MATER DEI mei, quibus  
 Tibi affectibus gratulabor Maternitatem  
 hanc Tuam! ô si omnium mihi corda  
 essent! ô si omnium potens essem volun-  
 tatum, potentiarum, & operationum!  
 ô si cor ipse totus essem, non quantus sum,  
 sed quantum est totum vniuersum! vellẽ Tibi  
 sic gratulari, gratulari inquam, Te DEO,  
 & DEVM Tibi. Te illi ancillam, illum  
 Tibi filium? O ancilla Domini, Te toto  
 me gratulor aeterno DEO! O MATER  
 DEI, Tibi toto me gratulor filiũ DEVM.  
 Sed quantum est hoc, quod toto me  
 gratulor Tibi? Te potius ô Virgo, an-  
 cillam DEO, & DEVM filium Tibi, gra-  
 zulor illo ipso DEO, cuius Mater es.  
 Sit ergo ille gratulatio Tua, qui factus  
 est generatio Tua, gloria Tua.

*Festa Dei  
 Matris  
 præcipuè  
 celebrata*

His tam sublimibus affectuum  
 flammis inardescerat animus Pa-  
 tris Gasparis, erga DEI Matrem,  
 frequenter quidem, sed potissimũ  
 in festis eius, quorum celebrando-



*Pretiosissima Dei Matris.*

238

rum speciales habebat præscriptas praxes: eas tamen hic referre longum esset.

Quotidie verò eandem Pretiosissimam Parentē sic venerabatur.

1. Consurgens à somno, per manus eius omnes actiones suas Sanctissimæ Trinitati offerebat. 2. Eam simul cum Domino Iesu, tanquam operariam conducebat, ad operandum in se, & in alijs ad se pertinentibus gratias efficaces, adpromittebatque illi pro opere, aliquorum actuum mercedem, quam tempore designato, nempe post Sacrificium Missæ, deinde vespere exsoluebat. 3. Triplici eius, in die, ad signum datum, salutationi, adiungebat Orationes Sanctæ Mechtildis, ad impetrandam felicem mortem. 4. In singulis Sanctissimæ Sacramenti visitationibus eam quoque tenerrimè, & appetitativè salutabat. 5. In egressu cubiculi sæper osculabatur imaginem eius, commendans se, & causam egressus, & dominium cubiculi. 6. Qualibet

*Cultus  
quotidianus  
m. B. V.*

*Affectus, & cultus*

mediâ nocte, inter alios actûs, eam salutabat, petebatque augmentum amoris eius in se, hoc modo; *Piissime IESU, Pretiosissima Parentis MARIE amorem volo. Da mihi amorem eius, propter amorem eius, maiorem omni amore eius.*

Quæ concernunt affectum, & cultum. quo Pater Gaspar ferebatur in alios Sanctos, aliqua ex eius luminibus adnoto.

*Patronus  
S. Henrici  
ano. Suso.*

I. Die 14. Nouembrû, 1623. accepi mihi in Patronum specialem, S. Henricum Susonem, in Sacro, coram Sanctissimo Sacramento. Quâ verò ei patrocinium huius Sancti, Æternæ S. pietatæ addictissimi, profuerit, breui patuit. Die enim decima septima Decembis, (verba eius sunt) quæ est septima ante Vigiliam Natiuitatis, & pridie Expectationis partûs B. V. quâ die dicuntur Antiphonæ, O. in Ecclesia, experam cogitare de disponendo me ad desponsationem cum Æterna Sapientia, sed affectu reuerentiæ motus, destiti, de desponsatione cogi-

cogitare, faciendâ in die Natalis Domini, statuens toto anno sequenti, me prius ad id præparare, sui que in eo proposito; cum subito, ultimâ Decembris, inuasit me cupido, sequenti die, qui est Circūcisionis Domini, faciendi desponsationem cum Æterna Sapientia, quam & feci, magna meâ cum consolatione, in Sacro. Quo etiam die, ante hanc desponsationem professus sum desiderare me, vt sim verus Iesus Socius, vt incessabiliter DEVM amem: vt sensualitatem in me excoquam: vt quotidie proficiam, & DEO ardentius seruiam: vt totus indiuer in DEVM. Post professionem verò istorum desideriorum, factam, ad purum DEI gustum professus sum, me horum ipsorum realem obtentionem petere loco xenij, & strenæ, ab æterna Sapientia.

*Desponsatio cum Æterna Sapientia*

2. Die 4. Decembris, 1623 accipi in Sacro, coram Sanctissimo Sacramento, ante communionem, mihi in Patronam, S. Barbaram; vt illa præset Sacrificijs Missæ,

*Patrona S. Barbaræ*



à me peragendis: Ex tuncque ce-  
pi coronam dicere, ante, & post Sa-  
crum, de Sancta Barbara.

*Patronus*  
*S. Ioseph.*

3. Die 19. Nouembris, 1625. acce-  
pi mihi in specialem Patronum ma-  
gno affectu, S. Iosephum, spon-  
sum Pretiosissimæ Parentis recepique  
eodem die statim ab illo pignus  
beneuolentiæ, scilicet libellum  
quendam, qui insigniter in me de-  
uotionem erga Pretiosissimam Pa-  
rentem promouit.

*Patroni*  
*SS. Nouis.*

4. Anno 1627. Die 2. Nouembris,  
docuit me diuina gratia, vt ad San-  
ctos recenter ad beatitudinem ad-  
missos, peculiarem haberem deuo-  
tionem, inuocando, & primam gra-  
tiam ab eis rogando, sortem illam  
eis gratulando: In specie autem,  
sub Sacro tempore communionis,  
docuit me, cum eo gustu, affectu,  
reuerentiaque arcta, Sanctissimū  
Sacramentum sumere, cum qua a-  
nimæ sanctæ, recenter è Purgato-  
rio eductæ ad Beatitudinem, DE-  
VM, quem iam clarè spectant, am-  
plectuntur.

5. Die

§. Die 16. Decembri, 1623. exspe-  
ciali quadam motione interna, di-  
xi Votiuam de Angelis, idque ex  
hac occasione; quia in huius diei  
Sacro, proposueram mihi supremū  
Angelum ex Seraphim, accipere in  
Magistrum, & Patronum, exem-  
plarque incessabilis ad DEVM ad-  
hætionis, proposuique specialiter  
ad illum Spiritum esse deuotus  
singulis diebus, exemplo Sancti Su-  
sonis

*Patronus  
supremus  
ex Sera-  
phima*

6. Inter propofita Anni 1624. hac  
habet. Faciam aliquid in honorē  
Sanctorum illorum, qui sunt mun-  
do ignoti, & nullum habent hono-  
rem in Ecclesia militante.

*Patronus  
SS. ignoti*

Præterea Singulariter adiectus  
fuit Societati Seraphicæ, id est illis  
Sanctis, tam ex Angelis, quàm ex  
hominibus, qui specialiter VERBO  
Incarnato afficiebantur, & affici-  
untur. Qualis est ex Angelis, S.  
Michael, qui Lucifero dedignantem  
DEVM-Hominem adorare, primus  
restitit cum alijs, qui Angeli Mi-  
chaelis vocatur in Apocalypsi. Qua-  
lis

*Societas  
Seraphica  
ex Ange-  
lis.*

*Societas  
Seraphica  
ex homi-  
nibus.*

Qualis etiam singulariter est S. Gabriel Matris diuinæ Paranympus. Ex hominibus verò præter ipsam Pretiosissimam Parentem, & S. Iosephum, omnes illi Sancti, qui peculiari Sanguinis, & amoris, & beneficiorū nexu, Christi Humanitatem persecuti sunt; vti est S. Ioa- chim, S. Anna, Fratres Domini, Apostoli, S. Ioannes Baptista: Benefactores, & Benefactrices Christi in temporalibus &c. Ideo autem hos omnes vocabat Societatem Seraphicā: quia vt supra retuli, die quodam in Sacro visus est illi Christus IESVS, ad instar Seraphini Cruciformis.

## C A P V T XIV.

*Priuata quadam Festa, ex deuotione, à Patre Gaspare celebrata.*

QVod Clemens Alexandrinus de viro iusto ait; vniuersa eius vita, est quidam celebris, ac Sanctus dies festus; idem fermè de Patre



vere Gaspare dici potest, qui ad maiores in spiritu progressus, & ascensiones cordis sui promouendas, præter cõmunia toti Ecclesiæ Festa, multa quolibet Mense habuit priuata; quæ non recitatione officij diuini alicuius, noui, neque aliquo nouo Missæ ritu, sed applicatione intentionum, dilatatione affectuum, & alijs praxibus deuoti animi celebrabat.

*Primâ die Ianuarij.* recolēbat *Festa 1.º*  
Festum principale dignationum Do- *uarij.*  
mini nostri IESV Christi, tam spiri- *Festū di-*  
tualium, quàm corporalium: No- *gnationū*  
mine dignationū intelligens omnes *Christi*  
humiliationes IESV Christi, quas  
pro nobis in Incarnatione, Natiui-  
tate, vita, Passione, morte, sepul-  
tura, tam quoad animam, quàm  
quoad corpus subire dignatus est.  
In hoc Festo, imprimis agnoscebat,  
amabat, æstimabat, colebat has di-  
gnationes Domini. 2. vestiebat  
se dignationibus IESV Christi spi-  
ritualibus, id est, resoluebat se in  
particulari, ad toleranda similia

Modus ve-  
stiendi se  
dignationi-  
bus  
Christi.

ijs, quæ tolerauit Christus; nempe vilificationem, contemptum, irrisiones, sterilitatem. Modus autem vestiendi sese dignationibus IESV Christi, fuit talis. Domine apud quem numerus electorum cognitus est, & qui singulorum nostri differentias, ac merita. Ego N. quanquam indignissimus, attamen seruorum Tuorum vnus, à liberalissima Tua manu, vestem ex dignationibus vnigeniti filij Tui constatam, & consarcinatam, efflagito, eamq; in conspectu Dignissime Tue Maiestatis, nec non vniuersæ Curie Cælestis, ex nunc mihi de manu Tua assumo, induo, & per omnem aternitatem illâ vestiri me velle, profiteor, propono, & protestor. Mi DEVS, ab occultis Incarnati VERBI, Filij Tui, exorna, illustra, & magnifica me, Fac ô dulcissime imitatoris Filij Tui amator, vt IESVS, quando fuit pro me vilior, tantò sit mihi carior: nihil mihi ex omnibus mundi bonis placeat; nisi dignationes, humiliationes, & exinanitiones, dilectissimi Filij Tui, quæ ille pro me suscepit. Illa sint stemma meum, Nobilitas mea, ornamentum

meum, monilia mea, uota, & gloria  
mea sempiterna. Hoc Te DEVS meus,  
per omnem vnigeniti Tui, DEI-hominis  
dignationem, supplex postulo. req̃ tan-  
tum mihi, verum etiam omnibus, quibus  
IESV Christi infirmitatem, stultitiam,  
dignationes, exinanitionesq̃, amplecti, &  
profiteri, atq̃, improperiu, & verecundi-  
am non erubescere, Tu ex gratia Tua  
magna mecum vna dedisti, & adhuc  
daturus es: Tibi sit cum Incarnato VER-  
BO, & cum Spiritu Sancto, adoratio,  
& gratiarum actio, in sacula. Amen.

Secundâ die Ianuarij, Festum O-  
minis, & successus impetrandi pro  
Noui Anni initio, & decursu toto.  
In quo, sicut & in priori Festo. 1.  
Primitias Noui Anni consecrabat  
Sanctissimæ Trinitati, per actum  
aliquem intensissimæ charitatis.  
2. Eliciebat actus alios charitatis  
diuinæ 365. quibus consecrabat  
Deo omnes dies Anni. 3. Toti Anno,  
& omnibus, quæ in eo acturus, &  
passurus erat, præponebat præsi-  
dem Pretiosissimam DEI Matrem,  
adiunctis aliquibus ordinibus San-  
ctorum.

Festum  
Ominis.

Tertia



## Priuata Festa

*Tertiâ die Ianuarij*, Festum Nouitatis spiritûs, & feruoris, ex proposito. In quo festo specialiter in nouabat feruorem actionum totius Anni, faciebatq; coram DEO protestationem, se velle omnem actionem, millies, millies maiori portione intensæ charitatis peragere. Habebat etiam aliquam vocem in ore, & mente ferè perpetuò, quâ vnicâ licet, tamen ex proposito, & placito suo, renouabat feruorem, exprimebatque gradum, & proportionem feruoris, applicatâ cuilibet momento, & atomo tēporis, actionis, passionis, potentiarum exequentium, subiecti agentis, patientis, circumstantiarum adiunctarū. Inter quas voces fuerunt hæ; *Digne DEO, diuinè, omnipossibiliter dignissime DEO, maiori quàm vnquam seruire, atomiè, Toto me &c.*

Festum  
immola-  
tionis fa-  
mæ.

*Quartâ die Ianuarij*, Festum Immolationis famæ, & honoris proprij: In quo totam famam suam holocaustificabat DEO.

*Sextâ die Ianuarij*, Festum Natalis

*Patris Gasparis.*

241

lis proprij: de quo conscriptum *Festū Na-*  
habebat Exercitium Liturgicum. *salis pro-*  
*prj.*

*Nonā die Ianuarij,* Festum Sanctif- *Festū No-*  
simi IESV Nominis, quatenus Chri- *minis IES-*  
sto, & Societati impositum est. In *SV.*  
quo Festo, nominis IESV imaginem  
expositam habebat in cubiculo,  
eamque statutis in diem temporib-  
us adibat, & venerabatur, quin-  
quies repetitā genuflexione. Lita-  
nias de Nomine IESV dicebat. Ali-  
quā mortificatione externā Sanctif-  
simum IESV nomen honorabat.  
Laudes eiusdem Nominis expen-  
debat. Exercitio denique Liturgi-  
co, quod de eodem Nomine con-  
scripserat, in Sacro utebatur.

*Decimā die Ianuarij,* Anniuersari-  
um Parentum, & consanguineorū  
suorum celebrabat. In quo seruabat  
præscripta, de iuuandis animabus  
in Purgatorio.

*Vndecimā die Ianuarij,* Festum de-  
sponsationis Pretiosissimæ Paren-  
tis cū S. Iosepho, & secum. In quo  
innouabat suam desponsationem  
cum B. V.

Q

Secund-

*Priuata Festa,*

*Secundâ die Februarij*, in vsu ha-  
 buit Festum gratiarumactionis pro  
 quodam beneficio præstito quibus-  
 dam personis: hoc est, iuxta dicta  
 supra; pro confirmatione sua in  
 Gratia, & pro prædestinatione Pa-  
 tris Iacobi Lichanski, eo die co-  
 gnita.

*Tertiâ die Februarij*, Festum man-  
 cipatûs, sui, & aliorum Pretiosis-  
 simæ Parenti, Dominæ suæ: In quo  
 innouabat suam demancipationem.

*Dominicâ Septuagesima*, Festum do-  
 loris, & contritionis pro peccatis;  
 in quo solita contritionis exercitia  
 innouabat.

*Triduo Bacchanalium*, Festum di-  
 gnationum Christi. In quo 1. pi-  
 jissimum cor IESV amarissimè effo-  
 di, copiosissimisque dignationibus  
 illudi, ac saginari dolebat, eique  
 compatiebatur. 2. Offerebat se ad  
 perferendas pœnas, peccantium fla-  
 gitiiis debitas, easque pœnas actu  
 ipso à se exigebat, per varias affli-  
 ctiones corporis 3. Maximam diei  
 partem, vel coram Sanctissimo Sa-  
 cramen-



*Patris Gasparii.*

243

cramento in Templo, vel in cubiculo clausus exigebat, orando, lugendo, sese affligendo. 4. Peculiari studio torquebatur peccatis hominū nocturnis, in eorumque compensationem quinque partitam instituebat flagellationem corporis, quālibet continentem ictus 50. iuxta dicta supra, de mortificatione illig.

*Eodem Mense*, habuit Festū VERBI Incarnati, in Domo Materna priuatim ad Annum trigessimū degentis. Festum VERBI prædicantis. Festum Deutorum ad Passionem Christi, pro impetranda deuotione per illos ad eandem Passionem. Festum felicitis ingressus Quadragesimæ cum sanitate, & lucro animarum magno. Festum denique Christi in solitudine, à die Cinerū, ad Dominicam primam Quadragesimæ: si tamen hæc vltima tria Festa celebrari poterant hoc Mense, aliàs celebrabat in Martio. Omnium autem horum Festorum præscriptas habebat praxes.

*In Martio*, celebrabat Festum In-

Q 2

diuina-

*Festa  
Martii;*

diuinationis, commodo aliquo die. In quo modos Indiuinationis, de qua supra retuli, instaurabat.

*Duodecimâ die Martij, Festum Sacerdotij, & gratiarum Sacerdotalium: de quo habebat conscriptum Exercitium Liturgicum.*

*Vigesimâ quartâ Martij, Festum S. Gabrielis Archangeli: de quo iudem Exercitium Liturgicum habebat.*

*Vigesimâ sextâ Martij, Festum Dignationum VERBI Incarnati, in quo sublimem de eodem VERBO inibi manente, instituebat contemplationem.*

*In media Quadragesima, Festum Renouationis Spiritus Quadragesimalis. In quo rationem peragendæ Quadragesimæ, exactis obseruationibus plenam innouabat.*

*Eodem Mense instituebat Festum Hospitationis Christi, in Dominicam Palmarum incidens. Festum quoque Tridui, morientis, patientisque Christi & Festum Dolorum omnium Pretiosissimæ Parentis, inci-*

*Patris Gasparis.*

245

incidens in Sabbatum ante Dominicam Palmarum. si ita tempus ferebat: alias Festa hæc sequenti Mese absoluebat.

*In Aprili:* peragebat imprimis Festum Desponsationis cum Diuina voluntate. Deinde Festum exspoliationis sui, ab amore omnium rerum Creatarum. Tertio Festum Seraphicæ Societatis, Amatricis Æternæ Sapientiæ. Denique Festum suæ omniumque Nutricis, Gratia DEI. Tempus autem, & dies horum Festorum, erat pro commoditate.

*Festa Aprilis.*

*In Maio,* hæc eius priuata Festa fuere: Primum, Festum amatorum Sanctæ Crucis, seu Crucifixorum pro Christo. Alterum Societatis stultorum, & Dignationum Christi. Tertium, Professionis propriæ. Quæ omnia in ipsum Inventionis Sanctæ Crucis Festum incidebant, & ab eo eadē die simul omnia celebrabantur. Quartum Festum gaudiorum omnium Pretiosissimæ Parentis, incidens in Sabbatum post Festum Ascensionis Domini. Quintum,

*Festa Maiis.*



*Privata Festa,*

Festum Eminentissimæ DEI Dignitatis. In quo eius exaltationi, admirationi, prædicationi, Exercitio Liturgico, Coronis, affectibus, meditationibus, totum sese impendebat.

*Festa Iunij.*

In Iunio, accensebat præcipuis suis Festis. 1. Festum ignitionis, seu ignescentiæ in seruore Spiritûs Sancti, per incessabilem DEI amorem. 2. Festum Anathematis, & Liberalitatis cum DEO, incidens in Festum Sanctissimæ Trinitatis. 3. Festum Paupertatis, & Exspoliationis sui, ab omni re. spe, amore, possessione Creaturarum omnium. 4. Festum Iosephi Anchietæ Societatis IESV, incidens in diem nonam Iunij.

*Festa Iulij*

In Iulio, hæc obibat Festa. *Primò*, Festum omnium de nostra Societate Martyrum, incidens in Festum Diuisionis Sanctorum Apostolorû. *Secundò*, Festû influxûs Christi Domini, vt Gubernatoris, simul cum Festo Sæctæ Marthæ Hospitæ, Christi Domini, incidente in diem 29. Iulij.

*Patris Gasparis.*

247

Julij. *Tertiò*, Festum Balnei, expiationis, supplementi. Festum Bonæ Mortis, & Festum imitationis DEI, vt Ideæ. Quorum omnium habebat præscriptas praxes, eaque celebrabat trigesimâ Julij.

In *Augusto*, peragebat. *Primò* Festum vacationum Cœlestium, primâ, & vltimâ, Augusti: sub quo nomine intelligebat sublimes contemplationes de rebus Cœlestibus. *Secundò*, Festum iterû Indiuinationis, in Festo Transfigurationis Christi. *Tertiò* Festum agonis, & mortis Pretiosissimæ Parentis, die, 13. Augusti. *Quartò* Festû Sepulturæ Pretiosissimæ Parentis, 14. die Augusti. *Quintò*, Festum Religiosæ vocationis, & ingressûs, die 15. Augusti; de quo præcipuum habebat Exercitium Liturgicum. *Sextò* Festum Religiosi vestitûs assumpti, die 26. Augusti. *Septimò* Festum Eternæ Sapientiæ in Dominica prima Augusti, exêplo Beati Henrici Susonis, quo die inchoat Ecclesia Libros Sapientiæ,

*Festa Augusti.*

Q4

habe-

*Privata Festa,*

habebat autem præscriptas occupationes, & Delicias (verba eius sunt) cum Æterna Sapientia, Christo IESU. Festum Suauissimæ, DEI providentiæ, in Dominica, 14. post Pentecosten: in huius enim Dominicæ Euangelio, Christus præcepit fiduciam, in DEI providentiam.

*Festa Septembris.*

In Septembri, celebrabat imprimis die primâ, Festum iterum Æternæ Sapientia. Deinde, alterâ die Festum Societatis Æternæ Sapientia. Tertiâ, die tertiâ Festum desponsationis suæ cum Æterna Sapientia. Quarto, die Octava Septembris, Festum Hæreditationis sui ab Æterna Sapientia Matre, MARIA. Quinto Festum Institutæ Societatis, IESU, die 27. Septembris. Sexto Omnium Sanctorum Societatis, die 28. Septembris. Septimo Festum Incarnatæ Sapientia Æternæ, eiusque Humanitatis, & gratiarum illius omnium, gloriæque totius, die 30. Septembris. A Festo Sancti Michaelis, Principis Ecclesiæ, per continuos



nuos nouem dies, Nouem Choros Angelorum colebat, iuxta præscriptas praxes.

*In Octobri* solitus erat celebrare. *Festa Octobris.*

*Primo* Festum Sancti Angeli Custodis proprii. *Secundo* Festum IESU Christi tanquam Capitis Angelorum omnium. *Tertio*, Festum eiusdem Domini nostri, tanquam Filij Virginis Hominis. *Quarto* Festum Redituum Pretiosissimæ Parentis, & obsequiorum, quod bis peragebat. *Quinto* Festum amatorum Pretiosissimæ Parentis omnium. *Sexto* Festum totius Naturæ, Gratia Gloriz, ac in specie Maternitatis diuinæ, Pretiosissimæ Parentis, quod etiam bis peragebat. *Septimo* Festum Paupertatis, & exspoliationis sui, ab omni amore, spe, possessione, re creata.

*In Nouembri*, instituerat *Primo* Festum Sanctorum nouiter Beatorum, iuxta praxim sibi præscriptam. *Secundo* Festum beneficij cuiusdam, sibi olim 14. Nouembris, à DEO collati. *Tertio* Festum

*Festa Nouembris.*

omnium, & singulorum DEI in se  
 beneficiorum, ac simul in omnes  
 Creaturas; quod Festum agebat  
 15. Nouembris, colebatque in hoc  
 die, & Felto; 1. DEVM Sanctissi-  
 mam Trinitatem, tanquam fontem  
 omnium beneficiorum. 2. VER-  
 BVM Incarnatum, IESVM Chri-  
 stum, tanquam meritorem eorun-  
 dem, 3. Pretiosissimam Paren-  
 tem tanquam thesaurariam, & di-  
 spensatricem ipsorum. 4. Suauissi-  
 mam DEI prouidentiam. *Quarto*  
 Festum Sanctorum, secum specia-  
 liter connexorum, in DEI proui-  
 dentia, & voluntate per respectum  
 ad præsentem, & futuram vitam.  
*Quinto* Festum Pretiositatis M A-  
 RIE Virginis, simulque immola-  
 tionis DEO, per manus eiusdem  
 Virginis, famæ, & honoris proprij,  
 quod Festum agebat 12. Nouem-  
 bris: hoc enim die olim thesau-  
 rum Pretiositatis B. V. DEVS illi o-  
 stenderat, & postea eodem die pri-  
 mam honoris, famæque suæ immo-  
 lationem, per manus Sanctissimæ

*Devotio  
 ad S. A. S. S.,  
 secum cõ-  
 nexos in  
 Dei proui-  
 dentia.*

*Patris Gasparis.*

253

Virginis, DEO fecerat. *Sextò* Festū  
VERBI Incarnati IESV Christi,  
tanquam Iudicis, in iudicio parti-  
culari mortuorum, simulque Festū  
eiusdem tanquam Iudicis in iudicio  
vniuersali: quæ Festa agebat vlti-  
mā Dominicā post Pentecosten,  
vel primā Aduentūs. *Septimò* Festū  
Testamenti proprij, & Patris cuius-  
dam N. mortisque, & expiationis  
propriæ; quod celebrabat 29. vel  
30. Nouembris: quo tempore sin-  
gulariter morti se aptabat, conde-  
bat testamentum &c. *Octauò* Festū  
Omnium Sanctorum Crucifixorū,  
& Crucis Christi amatorum, in  
ipso Festo Sancti Andreæ

In Decembri, habebat *Primò* Festū *Festa Dec-*  
S. Barbaræ, pro felici morte, & *cembrisq*  
vlu Sanctissimi Sacramenti, in eo-  
dem articulo mortis. *Secundò* Festū  
traditionis sui Pretiosissimæ Parē-  
ti in hæreditatem, & Festum Tri-  
buti, in ipso Festo Immaculatæ Cō-  
ceptionis B. V. *Tertiò* Festū Amoris  
& Amatorū omniū Æternæ Sapi-  
entiae, sub ratione Incarnationis:  
quo



*Novem  
Privile-  
gia B. V.*

quo die renouabat in se amorem  
erga VERBUM Incarnatum, & Di-  
gnationum Incarnationis. *Quarto*  
Festum expectationis Partûs Pre-  
tiosissimæ Parentis: quo tempore  
recolebat nouem Priuilegia ipsius,  
collata illi pro 9. Mensium hospiti-  
tio, exhibito IESV Christo in utero.  
Nempe 1. Quòd facta sit Mater Dei  
naturalis 2. Quòd facta sit Mater,  
& Virgo simul. 3. Quòd facta sit  
absq̄ dolore, immò cum gaudio pu-  
erpera. 4. Quòd facta sit capax cape-  
re, & quodammodo cõprehendere  
DEVM, quæ Cœli, & terra capere nō  
possunt. 5. Quòd ex purissimis eius  
Sanguinib9, Humanitas Christi for-  
mata, & in vnitatē Personæ hypo-  
staticè associata sit. 6. Quòd facta  
sit publicū mundi horreū, ex quo de-  
promptū est frumentum Electorum.  
7. Quòd facta sit secunda, & Noua  
Eua, omnium viuentium Mater.  
8. Quòd per mansionem DEI in eius  
utero, facta sit paradysus delicia-  
rum, immò Cœlum Empyreum.  
*Quinto* Festum Supplementi, expia-  
tionis,

tionis, ac Balnei vniuersalis, Testamenti, ac mortis, nec non gratiarum actionis pro beneficijs Annuis; quæ Festa per triduum vltimum Decembris celebrabat, iuxta præxes præscriptas, in ratione Annum terminandi.

## C A P V T X V.

*Orationis, & Contemplationis  
studium, Reflexiuæque Vita  
Patris Gasparis.*

**D** Onum Orationis, præsertim in aliquo excellenti gradu, est præludium quoddam vitæ æternæ, quid enim aliud, vita nostra æterna erit, nisi cogitatio de DEO, & affectio erga DEVM, & diuina? Quid item aliud oratio excellens est, nisi hoc vtrumque? quamuis hæc quidem, per speculum, & in ænigmatibus; illa verò facie, ad faciem versetur, circa DEVM. Hoc donum in quali gradu diuina Bonitas Patri Gaspari communicauerit, colligi potest ex sequentibus.

*Orationis  
donum, est  
præludium  
vitæ æternæ.*

## Orationis studium,

1. Delegerat ille sibi Mensem Martium, in quo specialiter exercebat sese in amore, æstimatione, & vsu frequenti Orationis feruentis, affectiuæ, & longioris: petebatque à DEO gratiam, scientiam, famem, & efficaciam, & continuitatem Orationis. Petebat insuper, vt non solùm oraret, sed etiam (verba eius sunt) Oratio ipsa fieret.

Proposita  
Orationis.

2. Quotidie post Sacrificiū Missæ, his propositis animum obfirmabat: *Volo mi IESV, me exercere, & perficere assidud, in innouatione Intentionū crebra: in continua crescentū feruoris excitatione: in actuali deuotione in omnibus: in concatenatione actionum per spiritum: in DEI presentū amante memoria, & memori amore, & fame Orationis: in vsu recollectionū horaria, & crebriorū. &c*

3. Singulis itidem diebus, duas ordinariè instituebat Meditationes, alteram mane, more Societatis cōsueti: Alteram post Meridiem, dum vrgens aliqua occupatio eam  
non



*Et reflexiua vita.*

256

non impediēbat: Bonitatem autē  
Meditationum inde metiebatur.

*Bonitas  
Meditatio  
numēdo  
colligēda.*

1. Ex subordinatione sua ad DEVM,  
& ad Superiores propter DEVM.

2. Ex odio sui, victōriaque, & pa-  
ce affectuum suorum. 3. ex æqua-  
litate vitæ, dominioque sui in re-  
bus, & actionibus suis. 4. Ex Cha-  
ritate, & mansuetudine, supporta-  
tione, compassione sua, super alio-  
rum mala, imperfectionesque. 5.

Ex obseruatione Regularum. disci-  
plinæ Communis, & suarum pri-  
uatarum obseruationum exacta, &  
punctuali. 6. Ex odio, fuga, pau-  
citateque defectuum quotidiano-  
rum, ac puritate cordis, & corpo-  
ris. 7. Ex victōria gulæ, & linguæ,  
aliarumque inordinationum. 8. Ex  
feruore, ac deuotione, & tenden-  
tia in DEVM, constanti, ac experi-  
mentali.

4. Anno 1609. in Nouitiatu,  
accepit à Domino doctrinam ac-  
quirendæ semper præsentis diuinæ.  
Anno autem 1620. accepit à DEO  
prouisionem, contemplatiuam,

*Dona sin-  
gularia.*

*Orationis Studium,*

vt retuli Cap: 1. Anno quoq; 1623. cognouit ex instinctu DEI, impetratum sibi à B. V. affectum incessabiliter inhærendi DEO, vt dixi, Cap: 13. Ex quibus omnibus facilè habetur, quàm excellens Orationis donum. collatum ei fuerit diuinitus.

*Orationes  
iacula-  
torias,*

5. Orationum iaculatoriarum vsus habuit frequentissimum; ita vt etiam per Curritoria incedens, immò etiam cum aliis colloquens, coronulam manibus tereret, actusque aliquos eliceret. Duplices autem Orationes iaculatorias dicebat esse; quasdam meri tantùm affectus nostri erga DEVM, quales sunt; *DEVS meus, & omnia. O igni, qui semper ardes! Paratum cor meum DEVS. O Domine ego seruus Tuus &c.* Et has laudabat, commendabatq; Quasdam. per quas non solùm affectum ignescere facimus, sed etiam proposita nostra circa virtutes, vel vitia, breuissimè, validissimè tamè in DEVM iaculamur. Et has magis approbabat, præferebatque prioribus,

oribus, saltem propter incipientes & proficiētes, deq; illis tale habuit à DEO lumen.

Anno 1624. die 12 Decembris, docuit me Dominus, quas, & quomodo practicas coronas, eiaculatoriasque orationes frequentare deberem, scilicet, vt coronam dicerem hoc, vel vel simili modo; **I DEVS meus, fac me amare hunc N. qui me odit.**  
2. **DEVS meus volo bene loqui de N. obloquēte me.** **DEVS meus gratias ago Tibi pro isto N. aduersario meo.** 4. **Fac isti mi Deo benè, qui mihi in hoc fecit malè &c.** talib<sup>9</sup> enī affectib<sup>9</sup> iteratū imprimitur *practica dignationū IESV Christi tolerātia.*

6. Conuictum se à DEO, quibusdam dictaminibus, ne properaret in recitatione Orationum vocaliū, fatetur in libello illustrationū, his verbis; Quadam vice recitabam preces Canonicas, celeriter volens illud pensum expedire, & tempus reliquum ad quædam peragenda reseruare, cū mihi in Spiritu, admentē venit; *Quid festinas, & tempus DEI Laudibus suffurari? Nunquid vè-*

*Doctrinā de orationibus eiaculatorijs*

*Singulāria de id. pore dictaminū.*



pus DEI non est? An non ille fecit tempora? ut ipsi illa impendere nolū, & sis parens temporum, quoad diuina? Times ne tibi desit ad alia, si DEO impendas tempus. Esto, desit alijs, non desit DEO, impende illud DEO, impendet tibi DEVS, ne metue tempus dare DEO. Pater ille seculorum, suppeditabit illud, si indigueris. Denique desit postea tibi tempus: esto: at nonne satū erit tibi, si totum, si reliquum, quod habuisti tempus, DEO dedisse inueniaris, & non habuisse, quod impenderes non DEO. His dictaminibus persuasum est mihi, ut tempestiuè, hoc est sufficiente tempore accepto, preces Canonicas semper dicam, nec me in angustum temp<sup>o</sup> coniciendo, ad festinandum cogam, utque non festinem, nec sim parcus, in DEVM, temporis, qui est auctor temporis.

*Scripta  
per modū  
Meditatio  
num.*

7. Plurimas conscripsit Meditationes, & pleraque eius Ascetica, sunt ab eo iuxta modum, & formā meditandi, seripto tradita. omnia verò eiusdem Scripta, plena sunt affectibus variis, erga DEVM, Christum,

sum, B. V. Sanctos: ita ut scripsisse, & simul meditatus fuisse, orasseq; videatur.

8. Actus, & affectus Beatorum suauiter prægustabat interdum, ut in eius consuetudinibus reperi, his modis. 1. Intuitu fruitiuo, & possessiuo gaudio, gaudenteque possessione, atque suctione, vel potatione Summi Boni. 2. Admiratione, obstupescatione, defectuoneque in summum Bonum. 3. Satietae famente, & fame satiata, & tamen anhelâ, ad summum Bonum. 4. Contentatione, & quasi confessione contentationis, impletæ spei, persoluti superfluentis laboris.

*Prægustationes Beatitudinis*

5. Charitate exuberante, & æstuante in DEVM summum, & iam suum æternaliter possessum Bonum. 6. Laude, exaltatione, dignificatione, in sæcula sæculorum. 7. Inuitatione Creaturæ rationalis ad fruendum DEO, atq; assecuratione, quod non fallat DEVS, quodque superet fidem, spem, vota, captum.

9. Situs varios Beatorum in Cæ-

*Imitatio  
suis Bea-  
torum*

lo, piè exprimebat interdum in  
sele 1. Admirantis, & defixos o-  
culos habentis. 2. Reuerentis, &  
Mai statem Dei admirantis pronè.  
3. A. positis in Cruce n manibus an-  
te pectus, oculorum elevationem,  
blandam, & contentatiuam habè-  
tis. 4. Diductis manibus ante se,  
vultu reidentis, labiaque suauiter,  
& modicè hiantia præferentis. 5.  
Demissis deiectisque brachijs, &  
manibus, suauiter stupentis, atque  
consistentis. 6. Compositis, vt o-  
rantes solent, manibus vel palmis,  
ad spectum missum admiratione,  
gaudio, viuida delectatione, vege-  
toque languore habentis. 7. Posi-  
tis in sinu manibus, confessum æ-  
ternum, & ad spectum, inspectum-  
que totius Diuinitatis abyssi, Bo-  
nitatisque thesauri proprietatem  
iam obinentis.

10. Specimina contemplatio-  
nis, concessa illi à DEO, non vno  
in loco inter scripta eius reperi, sed  
potissimum in Ratione peragend  
vacationes Cælestes, nempè fruendi

di de.



di delicijs Diuinitatis, recolēdi Tri-  
 umphum Pretiosissimæ Parentis in  
 Cælos assumptæ, & colendi VER-  
 BVM Incarnatum, IESVM Christum,  
 vt glorificatorum Sanctorum suo-  
 rum in Cælo: quam rationem in  
 Mense Augusto practicabat. hic e-  
 ius præaltam legere est contempla-  
 tionem, singulos digestam in dies:  
 Referre eam longum esset, acces-  
 sum tantummodò, & veluti prælu-  
 dium eius, ad eam, verbis eius re-  
 fero; ita ergo ait; Omnibus Augusti  
 Mensis diebus, Spirituales, Cœle-  
 stesque vacationes peragam. Lo-  
 cus vacationum istarum erit. vel  
 cor in Cælo, vel Cælum in corde  
 meo positum, collocatumq;: Finis  
 illarum erit; gustare, & videre,  
 quàm suavis sit Dominus DEVS  
 noster, tam in sua ipsius Diuinitate,  
 quàm in Sacratissima IESV Chri-  
 sti, DEI-hominis Humanitate,  
 Beatos suos in Cælo beatificante,  
 Bonisque æternis exsaturante: quæ  
 etiam in Pretiosissima DEI ho-  
 minis, & nostrum omnium

*Vacatio-  
 nes Cæles-  
 stes.*

*Materia  
Vacatio-  
num Cæ-  
lestium.*

Parente, MARIA Virgine, &c. Materia vacationum harum erit, præcipuè triplex; nempe; Deliciositas, & Dulcedo Essentia diuinæ, & atque Sanctissimæ Trinitatis, VERBI Incarnati, IESU Christi, super Sanctos suos, iam secum regnantes in Cælo, beatifica effusio: & gloria Pretiosissimæ Parentis MARIE, in Cælos assumptæ, cum corpore, & anima.

Quod spectat ad reflexiuam vitam Patris Gasparis, ita intentos ille supra se habebat oculos; ut non omnino quidem diuersis temporibus, viginti tamen & octo ordinariè vsurpauerit examina: idq; præter examen breue post iungulas horas vsurpatum. nisi vrgens quid obstitisset. *Primum* examen erat agendorum eod die, & tolerandorum. *Secundum*, Incidentium, quæ non cadebāt sub ordinem: sed euenire poterant. *Tertium*, Emendātorum ex præterito Mense, vel ex proxima Confessione, vel ex aliquo examine. *Quartum*, Repugnantiarum

*Examina*

28.

vincen-

vincendarum. Tempus horum Examinum erat mane, finitâ meditatione. *Quintum* examen erat in ordine ad Sacrum Missæ faciendū. *Sextum* commune, quod à disciplina domûs præscribitur, ante prandium; cui examini adiungebat. *Septimum* particulare iuxta mentem, & normam S. P. Ignatij, & *Octauum* menstruum; quod quantum ad materiam, idem erat, cum particulari, dispiciendo, an tot, & designatis temporibus, exerciti sint mortificationis, externæ, & internæ actus, pro Mense assumpti; & an actus virtutis mensuræ usurpati? *Nonis* Examen erat officiale, quod etiam adiungebat Examine communi ante prandium. Rursus post recreationem Examina quatuor; nempe Agendorum, ac sufferendorum, incidentium, emendandorum ex Mense, & Repugnantiarum vincendarum instituebat. *Decimum quartum* Examen erat, super lumina, gratiasque actuales, & inspirationes diuinas. *Decimum quintum* su-

*Examina  
vtilissima  
Religiosa  
hominibus*



per exercitium virtutum in occasi-  
 onibus, superque ipsas occasiones.  
*Decimum sextum*, super sublimatio-  
 nes actuum, seu super formalita-  
 tes, ac modos sublimandi actiones,  
 atque passiones omnes. Quæ tria  
 examina instituebat circa primam  
 horam post meridiem. *Decimum se-  
 ptimum*, Examen supra fontes im-  
 perfectionum quotidianarum. *De-  
 cimum octauum*, In quo inspectis de-  
 fectibus, contraponebat actus op-  
 positos. *Decimum nonum*, super no-  
 uitatem spiritus, & feruoris. *Vige-  
 simum*, supra speciales animæ nauos,  
 habituales præsertim. Horum qua-  
 tuor examinum tempus designaue-  
 rat ante cœnam pro commoditate.  
 Sequebatur Examen vespertinum  
 commune, cui adiungebat iteratò  
 alia quatuor Examina; nempe par-  
 ticulare, menstruum, officiale, &  
 corrigendorum ex mensè; vel si in  
 his nihil speciale aduertebat, facie-  
 bat Examen vitandorum. Adiunge-  
 bat quoque. Examen *vigesimum sex-  
 tum*, supra ordinem actionum, &  
 hora

horarum. Et vigesimum septimum, supra eiaculationes in DEVM factas. Denique quiescente iam Collegio, instituebat Examen. *Vigesimum octauum, Censorium*, ita dictum à rigore, & subsequenter panis sibi met inflicti.

*Examen  
Censorium.*

Horum omnium Examinum, in promptu habebat puncta, quæ ob prolixitatem, hic non adnoto. Vt tamen appareat mira eius perspicacitas in peruidendis imperfectionibus, & næuis animi, Materiam solummodò Examinis Decimi septimi, ex eius libello hic appono.

*Fontes imperfectionum.*

1. Inconsideratio, & indeliberatio ante opus, & post opus.
2. Languor mentis, efficaciam feruoris enervans.
3. Inconstantia in bonis, ob causas leues.
4. Dilatio agendorum, de tempore, in tempus.
5. Fiducia sui, spes supplementi, blandimentum de facili cōpensatione.
6. Intentionis defectus; quia nulla, non pura, frigida, retractata.
7. Irresignatio, timor humanus,

*Examen  
imperfectionum  
quotidianorum.*

R s

amari-

amaritudo, sæpe vana imaginans, illudens, ab opinionis dominio profecta. 8. Delectationes satisfactio- nesque, naturæ indulgæ, condescen- sionesque propter merum naturæ ductum. 9. Defectus præsentia ad se, raritas recollectionis, præcipi- tatio, festinatio, vrsio inquietans sine rationabili causa. 10. Tardus ad DEVM, & orationem recursus, in labore, difficultate, tribulatio- ne. 11. Designationes ad pauca re- spicientes. 12. Tenax in hæsis ad proprium ordinem, designatione, iudicium. 13. Iustificatio, & excu- satio sui erroris, apud se, & apud alios. 14. Querulobitas de iniurijs, & ingratitude, ac difficultati- bus, deque moribus, & morositati- bus alienis. 15. Affectata dissimu- latio remorsuum, & instinctuum interiorum. 16. Inordinatio tem- porum, & actionum. 17. Fuga cõ- fusionis, celatioque quorumvis de- fectuũ coram Deo, & Confessario. 18. Scandala, modica licet in spe- cie. 19. Fuga laboris in aduertendo, & exa-

*Fontes 31.  
Cavitorum  
defectuũ.*



& examinando. 20 Coniectio sui  
in angustias temporis, ex causa cul-  
pabili: Vnde perfunctoria, actio-  
num expeditio 21. Euentuum præ-  
ter mentem euenientium, non in  
DEVM reiectio, neque ex gustu pro-  
uidentiæ diuinæ acceptatio. 22.  
Merum, & nudum, studiū explendi  
numerū piarū actionū, obturandi-  
que conscientiæ clamorem, ac mor-  
sum. 23. Sordida quædam tempo-  
ris parcitas, qua volumus citò ex-  
pedire obsequia diuina, interim  
& opus. & tempus perdimus. 24.  
Naturalis affectio ad personas, a-  
micos, benefactores, amatoresque  
proprios: naturalis item affectus ad  
res, officia, occasiones, laudes pro-  
prias. 25. Naturalis auersio, & de-  
clinatio à personis, Officiis, mo-  
lestijs, indigentis. 26. Applicatio  
effusa mentis in agendo, absque do-  
minio, & præsentia sui. 27. Debi-  
lis, & fluctuans applicatio ad a-  
gendas res, quæ præ manibus sunt.  
28. Respectus humani, rationesque  
humanæ sperantes, timentes, diffe-  
ren-

rentes, dissimulantes. 29. Spes impunitatis. 30. Oblivio proueniens ex fiducia memoriae, vel ex dilatione. 31. Desuetudo, vel è contra assuetudo. 32. Fiducia, & veluti iudificatio, acquiescentiaque in rebus, personis, locis, amicis.

*Examen  
horarium*

Præterea operæ pretium est, apponere *Examen horarium*, quod sibi præscripserat, in hunc modum.

Horâ sonante, vel certè horâ, quam mihi ex temporis distributione Examini deputauero, appetente, Examen infra scriptum faciam.

*Punctum 1.*

*Punctum 1.* Gratias Tibi ago DEVS meus, pro omnibus, & singulâ totius vitæ, & horæ elapsæ, elapsuraque beneficijs.

*Punctum 2.*

*Punctum 2.* O Trinitas DEVS, lux beatissima, reple cordis intima. &c.

*Punctum 3.*

*Punctum 3.* Examinabo horam, & opera horæ elapsæ.

1. Impensane hora operi designato, & opus an suâ horâ factum?

2. Opus bonumne suâ naturâ, an intentione, factumne bene? & quâ bonitate? naturali, politicâ, supernaturali? Habuitne aliquam circumstantiam visiosam

tiosam, præcipuè effusionem, teporem?

3. Seruatane in opere regula communes, & obseruationes priuata?

4. Præmissistine operi intentionem æqualem, an virtuales tantum?

5. Ea intentio fuitne pura, desecata, vacua meo bono, solum DEVM

præcise intuens, an occultè; & subdole proprietatem quærens, sperans, respiciens?

Fuitne ita desecata, vt non spectauerim etiam spirituale, etiam æterna vita commodum, aut meritum, in

quantum illud meum bonum est; sed præter in quantum DEI, & propter DEVM?

Itane solius DEI gustum, gloriamque spectauim; vt iurauerim, & intenderim

omnipossibiliter, DEVM hoc opere dignificare, in quantum est dignificabilis in

se, & in quantum ego sum dignificatus Eius, ex gratia, hinc & nunc habitum.

Itane nihil mei quæsiui in opere, vt etiam insuper vilificârim me, quantum vilificabilis sum à DEO, à me, ab omnibus Creaturâ.

6. An ad opus, & in opere, auxilium DEI experij, illiq; soli innixus sum plene, de viribus, & sufficientiis meis expresse desperando.

7. An

Examen  
Intenti-  
on.



## Orationis studium,

7. An opus egerim ex totis viribus animi, (quantas opus requirebat in substantia, & perfectione sua) & corporis salutem discretionem, & an in hanc peccatum sit?

8. An in opere imitatus sum Christum, eiusque exemplar?

9. An in opus meum, gratia, meritum, operumque Christi influxum curauerim, petierimque?

10. Vnius opus meum actualiter, ardentem, appetitumque, IESU Christi laboribus, & conatibus, & meritum?

Examen  
perfectionis  
operum.

11. An conatum adhibuerim, ita dignè, & assimilatè Christo facere opus, ut opus meum, opus Christi videretur, & ego quasi Christus alter coram DEO iudicaretur?

12. Quam applicationem, & attentionem, & affectum in DEUM, Christumque continuationem, feci opus meum? Nunquid creuit in me per singula momenta? Nunquid replicabatur, sublimabatur cordi, & viuicitati Christi sublimitate? Nunquid supplebam affectum, & efficaciam meam, affectu, & efficaciam debitam DEO. à me, à Creaturis, à Sanctis omnibus in  
Cælo,

Caelo, à Pretiosissima Parente, à Christi humanitate, ab ipsa denique Trinitate Sanctissima?

13. An atomis omnibus meū, tantum conatum, eamque feruoris proportionem impressi inter operandum, quantum totus ego, & omni vtraq; substantia mea habere debuit?

14. Quā mortificatione meā feci opus, præsertim mensurā, & internā? *Examen*

15. An sectatus sim, repressionem desideriorum impotentium, an effusionem defectuum super opus?

16. An superati impedimenta, & cetera, difficultates in aggrediendo, & operando?

17. An dilationi restiti, an compescui festinationem, & solius persunctionis studium?

18. An linguas, iudicia, respectus superavi, ad illosque absurdi, & occalui?

19. An laudes, approbationes, vel spem earum despexi?

20. An in opere corporalem afflictionem, in aliqua parte quasui, arripui?

21. An mensuræ externæ mortificationis actus, vel desideria saltem propositaque habui?

22. An

22. An hoc ipsum Examen faciam cum ea applicatione, & sufficientia, ut contenta sit ratio?

*Punctum 4.*

*Punctum 4.* defectus notatos dolore intimo supernaturali expiabo, & supplementariis actibus, ac nominatim actuali suprascripta omnia seruandi proposito, complacentiaque, & approbatione eorum supplabo: tum etiam mortificatione externâ, sanguini Christi immista, balneabo.

*Punctum 5.*

*Punctum 5.* Emendationem proponam, & præter proximos supplendi conatus, insuper pœnitentiam pro defectibus pœnalem subibo.

## CAPVT XVI.

*Animabus Purgatorij Opitulatio à Patre Gaspare impensa.*

*Proprium Societati est, animabus Purgatorij opitulatio*

SI cui, certè Societati nostræ, circa Animas Purgatorij sollicitudo, propria esse debet; ut pote cui salus, & perfectio animarum, pro fine, & scopo omnium religiosorum operum est, hoc ipsum incitamentum

ad



ad opitulandum animabus Purgatorij, memini me ex ore Patris Gasparis, in Exhortatione quadam, accepisse. Quàm verò ille ipse, eo in negotio sedulus, & seri<sup>o</sup> fuerit, ex propositis eius in praxim deductis, collegi.

In primis itaque sic quotidie animabus Purgatorij opitulabatur. 1. Quolibet mane cuiusque diei, post peracta Exercitia matutinæurrectionis, faciebat in honorem Aeternæ Sapientiæ, IESU Christi, disciplinas duas, pro Animabus Purgatorij, claudens vtramque oratione; DEVS qui nobis in Sancta Sindone &c. 2. Cuiuslibet Sacri (exceptis paucorum dierum) per Annũ, fructum satisfactorium, vel totum, vel partialem, pro Animabus Purgatorij certis, vel in communi offerebat, iisque applicabat. præter eũ, qui ad eas, ex intentione Ecclesiæ, naturæque Sacrificii redundat. 3. In quolibet quoque Sacro, ex privilegio liberandi animam, Indulgentiã applicabat animæ, vel certæ,

*Quotidiana opitulationes animabus Purgatorij.*

S

vel

vel cui DEI voluntas vellet. 4. Cuiuslibet diei Officium Canonicum concludebat oratione pro Defunctis, præsertim Dominicæ & Feriarum, addendo priuatim ad solitas Côm memoraciones, seu suffragia, Commemorationem pro mortuis, cum triplici oratione. 1. *Fidelium.* 2. *DEVS venia.* 3. *DEVS qui nobis in Sancta Sindone. &c.* 5. Cuiuslibet diei Examen vespertinum concludebat Psalmo *De Profundis*, & triplici prædictâ Oratione: Psalmo quoq; *Miserere*, adiectis Indulgentijs Examinis. 6. Omne cuiuslibet diei opus, omnemque passionem, præter intentiones alias, ad quas dirigebat, offerebat etiam pro solatio, & auxilio Animarum. 7. Fructum satisfactorium eius doloris, quem aliquoties in dies singulos subibat, in honorem certorum Sanctorum Nominum, offerebat pro animabus Purgatorij. 8. Completorium cuiuslibet Dominicæ, ex Officio Canonico offerebat pro Animabus, Similiter Completorium Feriæ

*Indulgentia Examinis.*

*Animabus Purgatorij.*

275

Feria tertia offerbat pro Anima-  
bus, de Societate. 9. Singulis die-  
bus media nocte, ad alia exercitia  
adiungebat Orationem aliquam pro  
Animabus, & potissimum illam  
priuilegiatam; *DEVS qui nobis in  
Sancta Sindone, &c.*

Die secunda Nouembris, de qua  
id asserbat; quod sit quasi priui-  
uilegiata ab Ecclesia ipsa, adeo ut  
omnes actiones eo die, pro Anima-  
bus exercitæ, atq; oblatæ, sint spe-  
cialiter præ alijs temporibus, effica-  
ciores, ad earum auxilium, & quidẽ  
non solum ex mente cuiusque ope-  
rantis, sed etiam ex mente Ecclesiæ,  
quæ hoc tempore vniuersalius, ex  
præscripto auctoritatis, atque obe-  
dientiæ, vult, ac iubet orari à suis  
filijs, quod non potest non augere  
efficaciam Orationibus. Hac in-  
quam die, his modis iuuabat ani-  
mas Purgatorij. 1. Excitabat in se  
intimum animi sensum compassi-  
uum, super eiusmodi animas. 2.  
Faciebat pro ijsdem disciplinas 33.  
constantes minimùm totidem icti-

*Notabile  
de die 2.  
Nouēbris.*



bus, in honorē, & cū vnione totidē  
 annorum vitæ, **VERBI** Incarnati,  
 super terrā. 3. Faciebat alias mor-  
 tificationes, Cilicij, abstinentiæ,  
 genuflexionum. &c. 4. Exercebat  
 pro ijsdem, actus interiores ad mi-  
 nimum 1000. vniuersaliter autem  
 omnium omnino operum suorum  
 huius diei, fructum iatisfactorium  
 Animabus applicabat. 5. Sacrum,  
 & Communionem suam, omnium-  
 que vbique Sacerdotum, hoc die Sa-  
 crificantium, offerebat, pro ijsdem,  
 in quantum, hæc satisfactoria sunt.  
 6. Omnia totius Ecclesiæ, omni-  
 umque eius filiorum opera, hoc  
 tempore, quo Ecclesia orat, a pri-  
 mis Vesperis, & orari vult pro ani-  
 mabus, sibi appropriabat, & sangui-  
 ni **VERBI** Incarnati, meritique  
 Pretiosissimæ Parentis, & Sancto-  
 rum omnium, intincta, & coniun-  
 cta, offerebat totaliter Sanctissi-  
 mæ Trinitati, intensa deuotione,  
 & compassione pro ijsdem, 7. Per  
 omnia supra dicta intendebat iu-  
 uari animas, iuxta placitum, & gu-  
 stum

stum Sanctissimæ Trinitatis dando totum in manus, distributioni Voluntatis diuinæ, conformando se in omnibus Ecclesiæ Sanctæ intentioni. At non contenta his solùm pietatis ignibus, Patris Gasparis Charitas: maiorem ex igne Purgatorij, ad eliberandas animas, concepit flammam. Anno enim 1640. vsque aded exarsit; vt omnia sua opera meritoria ijs animabus donans, pergratum gustui Diuino holocaustum fecerit. Donationis huius tale erat instrumētum, voto, & iuramento firmatū.

*Donatio  
animabꝝ  
Purgato-  
rij facta.*

*Dignissima Trinitas DEVS meus, puro Tui amore, vt Tu exalteru, quantum per me potes, sciu. & vñ, & quantum ex Te dignus es: vt Christo IESV merita sua compensentur, & Pretiosissima Parens MARIA, totusq; Sanctorum catus exhilaretur: Vt animabus Tibi dilectis, sed necdum purgatis, Tuosq; beato conspectu dignis, bene sit: vt earum Angeli Custodes fructu curarum suarum gaudeant spiritualiter. Ego N. totius Anni currentis, à 2. Nouembri, ad sequentiū Anni, 2.*

## Opitulatio impensa,

Nouembrii, operibus meis quibuscunque,  
 animas illas iuuare cupiens & statuens:  
 hac opera mea omnia, & singula Tuae  
 Diuinae Maieitati offero, applico, dono;  
 in omni eorum applicabilitate, quae pro  
 illis applicari, illisq; prodesse possunt. Ex-  
 ceptis solum ijs, quae quia alijs debes,  
 non est in mea potestate animabus dona-  
 re; quam tamen exceptionem ipsam pro  
 ijsdem offero, in auxilium, secundum  
 gustum Tuum Domine DEVS meus. Nul-  
 lum omnino fructum omnium operum,  
 passionumq; mearum mihi reseruans, qui-  
 cunque aliquo modo Animabus prodesse  
 possit coram Te. Animarum autem desi-  
 gnationem Tuo Diuino beneplacito per-  
 mitto. Pro ijsdem quoq; animabus Pur-  
 gatorij, Domine, omnem si quem habeo  
 apud Te, Meritorum thesaurum, atque  
 donorum Tuorum, Tibi permitto; ut eum  
 dispenses in Animas easdem, secundum  
 gustum Tuum, placitumque, vsque ad  
 exinanitionem, & denudationem mei,  
 sine villo premio, mihi inde apud Te se-  
 cuturo, sed in Animas redundaturo. Prae-  
 mij loco id tantum cupiens à Te, ut Tu  
 in Creaturis Tuis glorificeris, vique per  
 meam

Industria  
 donatio-  
 nis facta  
 Anima-  
 bus.



meam exinanitionem, Tuæ gloria, Animarumque beatitudini aliquid siue plenitudinis, siue saltem accelerationis accrescat. Id ita, Tuæ Diuina Maiestati, Voluntati, Dignitati voueo, promitto, Iuro, manuq; meâ scribo, & in vicem Nominis, hac ✠ ( hæc Crux erât sanguine eius exarata ) Sigillo. Toto me. Amen. ( hæc quoque verba vltima sanguine eiusdem erat exarata.

Dilatauit adhuc ampliùs ardore suos Pater Gaspar, dum in eundem finem totam suam consecrauit, resignauitque vitam, contractu eiusmodi facto, cum DEO.

*Consecratio totius Vita propter animas Purgatorij.*

Dignissima Trinitas DEVS meus, puro Tui amore, Ego N. totius residue vite meæ mortalium operationibus, atque passionibus quibuscunque, Animas illas iuuare cupiens, & statuens, omnes, & singulas actiones, & Passiones meas, vsq; ad mortem, ipsumq; etiam mortu opus, Tuæ Diuina Maiestati offero, applico, dono, atque voueo, in omni earum applicabilitate, quâ pro illis applicari, illiq; prodesse possunt, exceptis solum ijs, quæ quia alijs debeo, non est in mea potestate,

*Animabus illis donare, quam tamē ipsam  
 exceptionem, pro iisdem in auxiliū offero,  
 secundū gustum Tuum Domine DEVS  
 meus. Præter hoc Domine, pari affectu,  
 Suffragio & voto, promitto, ac permitto Tibi illa  
 rū in gra- omnia, quæcunque post meam mortem,  
 tiam ani- pro me quomodocunque futura sunt sus-  
 marum. fragia, in subsidium Anima mea, (quan-  
 tum hoc à me fieri congruè Tue volun-  
 tati potest) pro iisdem Animabus purga-  
 torij, iuxta gustum Tuum. Insuper &  
 hoc, quod ego ipse post meam mortem,  
 miserante Te, passurus sum in Purgato-  
 rio, propter Te nunc acceptans, & quoad  
 licet mihi meritorium faciens, quan-  
 tum possum, & quatenus prodesse Anima-  
 bus Purgatorij hoc vel nunc iam potest,  
 vel tunc fortè poterit, iisdem animabus  
 iam nunc dono, & applico. Insuper offe-  
 ro Tibi DEO meo, omnes totius Ecclesia,  
 omniumque Tibi gratorum satisfactio-  
 nes, mihi quoquamodo appropriatas, & cō-  
 municatas. Meas item omnes satisfac-  
 tiones, toti Ecclesia ab eius origine,  
 adusque finem mundi duratura, imper-  
 sonatas, vniendo tam has, quàm illas,  
 Domini nostri IESV Christi, omniumque*

Electo-

*Animabus Purgatorij.*

281

Electorum, meritū iuxta gustum Tuum, Animarumq; indigentiam. Insuper Domine, Tibi offero, promittoq; in subsidium Animarum Purgatorij, totum quodcunq; satisfactoriè offertur, & sit, & fiet unquam à quocunque, & ubicunq;, siue in vniuersa Ecclesia, siue in tota nostra Societate, siue in quacunq;, cui ego participo, Communitate, aut sodalitate, siue à quacunq; particulari persona, siue in qualibet alia, Tibi Domino meo nota circumstantia, pro me viuente: vniendo totum hoc, quantum ex me, sanguini ac meritū IESV Christi, omniumq; Electorum Tuorum, ad, & iuxta gustum placitumq; Tuum, & honorem omni maximo maiorem. Insuper Domine, offero Tibi in Animarū Purgatorij subsidium, totum hoc, quod ego tam in vita presenti mea, quam post mortem meam, siue in ipso me, siue in quocunq; mei, sciens, vel nesciens, volens, vel nolens, iam tamen ex nunc, pro tunc totaliter volens, ac libens, siue in anima, & bonū eius, siue in corpore, siue in fama, memoriaque mea, siue denique in quacunque re concernente me, perpeffurus sum, vsq; ad ex-

*Extensio  
abdicationis  
facta.*



## Opitulatio impensa,

tremi iudicij diem. Vniendo iam nunc  
 omnem illam perpeſſionem, meritis Do-  
 mini Noſtri I E S V Chriſti, ad fructum  
 Animarum illarum ampliorem, ad Tuam  
 verò gloriam omni maximâ maiorem.  
 Insuper Domine, omnem, ſi quem apud  
 Te, pauperculus ego, habeo ſatisfactionũ  
 theſaurum, Tibi totaliter offero, atq; per-  
 mitto, vt eum diſpenſes in Animas Pur-  
 gatorij, vſq; ad exinanitionem mei quoad  
 Exinani. gatorij, vſq; ad exinanitionem mei quoad  
 dio ſui in omnes ſatisfactiones meas meritũ I E S V  
 gratiam Chriſti, ſatisfactionibusq; vnitas. Solas  
 animarũ. mihi ſatisfactiones, ſolaq; I E S V Chriſti  
 Domini mei merita reſeruando, ſine qui-  
 bus Tibi gratus eſſe, ſalutemq; æternam  
 conſequi, nec poſſum, neq; volo, quæque  
 aded infinita efficacitatu ſunt; vt earũ  
 vis, & valor, nullũ ad alios applicatio-  
 nibus, ab ipſis applicantibus, modò aliunde  
 etiam capaces ſint, auocari poſſint. Hæc  
 porro omnia, à me ſuperius inſinuata, &  
 Tue DEVS meus Maieſtati, in ſuffragi-  
 um Animarum oblata, oblata eſſe volo  
 ſine vllò premio meo. Id ita totum Tibi  
 voueo, promitto, & iuro: ſanguineisq;  
 I E S V Chriſti Domini noſtri meritũ con-  
 ſigno. Nunquam ſcienter, & deliberate  
 quoad

quod ad me, retractaturus villo modo, vsq[ue]  
ad mortem; ad quam vsque ero seruus,  
operarius, mancipium Tuum propter A-  
nimas, Animarum autem Purgatorij  
propter Te. Tibi gloria in sæcula sæcu-  
lorum. Et fidelium anima requiescant in  
pace.

Tam exactum, tamque bene ro-  
boratum, fecerat Pater Gaspar cū  
Deo contractum, in negotio ani-  
marum Purgatorij, per quem tamē  
nontantum non amisit quidquam,  
sed lucratus est plurimum: prout  
ipsimet in sua ratione exercendæ  
pietatis in Animas Purgatorij, ad-  
notauit: formans enim talem quæ-  
stionem; *Si quis Animabus Purgatorij*  
*donet omnes satisfactiones suas, quidnā*  
*ipsimet residuum erit?* sic respondit;  
Habebit. 1. Centuplum à Christo  
promissum; si enim pro relictis  
Christi causâ terrenis diuitijs, &  
bonis, datur centuplum, & vita æ-  
terna; quantò magis dabitur pro  
relictis satisfactionum Bonis, da-  
bitur saltem æquale à DEO. 2. Pro-  
missionem DEI: quia beatus qui  
intel-

*Per dona-  
tionem a-  
nimabus  
Purgato-  
rij nihil  
amittitur*

*Lucra ex  
donatione  
facta ani-  
mabus Pur-  
gatorij*

*Opitulatio impensa.*

intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. 3. Gratiā, & misericordiam DEI Omnipotentis. 4. Merita, & satisfactiones Domini Nostri IESU Christi. 5. Merita, & satisfactiones Sanctorum, Animarumque à se adiutarum. 6. Charitatem DEI, & proximi, quæ operit multitudinem peccatorum. 7. Gratiitudinem tum DEI, tum Christi, tum Animarum adiutarum, tum Sanctorum Angelorū Custodum, tum aliorum Sanctorum, quibus perquam gratum fuit, animas sibi dilectas iuvari, & eripi ex Purgatorio. 8. Libertatem, generositateq; DEI, qui se non sinit vinci à Creatura sua. liberalitate. 9. Merita suæ applicationis omnium suarum satisfactionum in auxilium Animarum: sine dubio enim ista applicatio sicut est opus insignis charitatis, & misericordiæ, aliarumque virtutum, ita etiam insignis est apud DEVM meriti.

Suffragabatur præterea Pater Gaspar



*Animabus Purgatorij.*

285

Gaspar Animabus Purgatorij: applicatione Indulgentiarum, quarum exactum Indiculum confecerat, & supra quarum vsum, Examen à se conscriptum, ad minimum singulis mensibus instituebat: ne in participanda liberalitate DEI, & Ecclesiae, parcus esset.

*Applicatio Indulgentiarum.*

Nec erat ignota animabus Purgatorij, hæc eius in illis adiuuandis cura, ad quam nonnullæ confugere visæ. Noctæ quadam apparuit illi in cubiculo quidam adinstar rubi, flammâ æstuantis, iniectaque illico cogitatio, animam quampiam indigentem esse, de more igitur peracri flagellatione suffragatus est illi, oblaturus etiam Sacrosanctum Missæ Sacrificium; cum ecce sequenti luce, sub ipsum Meditationis initium, adlatus est nuntius, de morte cuiusdam Nobilis adolescentis, Matthiæ Smoszewski, cui Pater Gaspar à confessionibus erat. Frequenter quoque profundâ nocte, repetitos ad suum cubiculû audiebat pulsus, cum interno motu  
iuuan-

*Visio cuiusdam animæ.*

*Relatio de  
P. Mathia  
Proski;  
mortuo.*

iuuandi Animas, respondebat que  
pulsui huic, egregia corporis sui  
diuerberatione, non absque gratitu-  
dine animarum. Cum enim Anno  
1651. 13. Martij, mortuus esset Po-  
lnanix, P. Matthias Proski, Rector  
Collegij, die 16. eiusdem Mensis  
cuidam personæ apparuit in somnis,  
à qua interrogatus; 1. An sibi be-  
ne esset? respondit; bene, 2. Ora-  
ne pro Patre Prouinciali, (qui tunc  
erat Pater Gaspar) Oro inquit pro  
eo, quia sicut fuimus amantes in  
vita, ita & in morte. 3. Iamne  
vidisti DEVM? video, ait. 4. Etes  
extra Purgatorium? respondit; sū.  
5. Quamdiu in eo fuisti? Mortu-  
sum, ait. Feriâ secundâ, exiui de  
Purgatorio Feriâ quartâ, adiecitq;  
O si vel ad momentum videres  
DEVM, & posses eo viso redire ad  
corpus, seruires DEO cum tanta  
attentione, & applicatione, sicut pu-  
gnat nubes in feruore prælij, estq;  
pluribus exhortatus personam, ad  
seruendum Domino DEO, quàm  
ardentissimo feruore.

**Addo**

*Animabus Purgatorij.*

287

Addo Sacrum illud Epiphone-  
ma, quo dum doloribus premere-  
tur, utebatur; Tibi propter ani-  
mas, animabus propter Te.

*Epiphone-  
ma Sacrum  
in dolori-  
bus*

C A P V T X V I I .

*In ordinarijs actionibus, non or-  
dinaria perfectio Patris  
Gasparis.*

**H**Oc habet inter cætera indolis  
suae priuilegia, Religiosa vir-  
tus; quod non sit extra Patriam,  
immo neque extra Domum qua-  
renda; ingens illi etiam in angu-  
stissimo parietis claustralis cubicu-  
lo, campus est, atque iuxta vulga-  
rem iam vocum combinationem,  
totum habet in cella Cælum. Ad  
perfectionem illa suam, non re-  
quirit prodigiosa quæpiam gesta,  
præaltasue extases, aut arcanos ad  
tertium Cælum raptus, sed in or-  
dinatissima ordinariarum actionum,  
solidè consistit statione. Veritate  
hac, mentibus suorum imprimen-  
dâ, & inculcandâ, nihil fuit fre-  
quen-

*Vi, tus re-  
ligiosa do-  
mi habet  
tur.*



*In Ordinarijs actionibus*

*In Ordinijs actionibus nota perfectio.*

quentius Patri Gaspari: hanc in energicis Exhortationibus suis, creberrimè exaggerabat, persuadebatque, hanc ipsemet executioni mandandam, primarias habebat inter curas: nolebat esse doctor legis solummodò, & non factor, ingenuèque aliquando coram vno, cui intimius præfidebat, fassus est; nihil se commississe chartæ, aut docuisse, ex ascesi quidquã, quod nõ prius ipse deduxisset ad effectum. In Ordinarijs igitur actionibus, perquam exactus, & exquisitus erat, imitatus hac in parte DEVM, qui in ordinarijs Omnipotentia suæ actionibus, est exquisitissimus. Videre est exquisitum hunc ordinaria non ordinariè agendi modum, in consuetudinibus eius, quas quotidie præ oculis habebat, & quas hic speciatim referre non vacat. Ut tamen perfectio earum saltem in communi appareat: Adnoto in primis vnã ex eius intentionibus, ante actiones, fieri ab eo, aut saltem ratificari, solitam,

*Non ordinaria perfectio.*

289

1. Sanctissima Trinitas DEVS meus, *Intentio ante actionem.*  
Te agnosco, amo, desidero, laudo, adoro,  
Tibi obedio, Te timeo, veneror, dignifico,  
& exalto super omnia.

2. Affectu Tuo, affectu sanctissima, amabilissimaq, VERBI eterni IESU Christi, Humanitatu: affectu Pretiosissima Parentis: affectu omnium Beatoru Spirituum: affectu omnium Sanctorum, atq, Sanctarum: affectu denique omnium Creaturarum,

3. Per hanc actionem N. meam, & per omnes praeteritas, presentes, futuras, actiones, passioneq, meas, omnium potentiarum, Corporu, & anima mea, omniumq, Creaturarum, mihi & communi-  
one creationis vnitarum, & affectione libera voluntatu, atq, charitatu erga illas, propter Te DEVM meum, imper-  
sonatarum, atq, insubstantiatarum.

4. Semel pro semper, pro tota vita, *Extensio, & intesio Intentionu.*  
proq, omnibus, & singulu momentu vita, *Intentionu.*  
sue existentia mea, aut etiam partium  
mearum, & omnium Creaturarum.

5. Maiori quam vnquam hactenus  
asruore Spiritus, milliesq, millies maiori  
proportione, & incremento seruorū, pu-  
rita-

*In ordinarijs actionibus,*  
 ritati, caritati, diligentie, ac dignifica-  
 tionis, Tui, vilificationis autem mei.

6. Ad purum, & omnem gustum Tu-  
 um: ad nullum premium, Bonumue me-  
 um, ad nullum gustum, bonumue creatu,  
 a Te separatum: praterquam ad eos fi-  
 nes, quos gustui, beneplacitoq; dignitati,  
 ac voluntati Tue subordinatos, speciali-  
 ter, in omnibus vniuersim, & singulis  
 specificè actionibus, passionibusq; inten-  
 dere vel possum, vel debeo, vel Tu vis.

7. Seraphicè, MARIANE, Christi-  
 formiter, omnitudinaliter, ineffabiliter,  
 huiusq; vnius actus, & affectus, pro o-  
 mnibus substitutiue.

8. In vnione mihi appropriatorum,  
 Tibi autem DEO Trinitati oblatorum,  
 meritorum IESU Christi, Pretiosissima  
 Parentu, Sanctorum omnium, & An-  
 gelorum.

9. Atomicè, sacrificatiue, primitia-  
 liter, heròicè, omnipossibiliter, dignè Te,  
 dignissimâ Trinitate DEO meo.

10. Quia mihi places, vt mihi pla-  
 ceas, vt Tibi placeam, amplius, & am-  
 plius. & amplius.

Tam sublimi intentione, ordi-  
 naria



naria opera sua eleuabat Pater Gaspar, ne humi reperent. Sed hoc ipsum magis dilucidè, examinaturque patet, ex punctis examinis quotidiani, supra memorati, numero, Decimi sexti; in quo circa actiones, passionisque suas, hæc discutebat.

1. *An quidquid fecisti hodie, per quolibet actionem, alterationem, circumstantiam, &c. feceris in gratia Dei Sanctificante habituali, quantum iudicio conscientie Tue discernere potes?*

*Examen  
exactum  
& sublimis*

2. *An aduertenter, liberè, & ex electione?*

3. *An intentione supernaturali, sublimi, purâ, rectâ, glorie, gustuque Diuini?*

4. *An omnipossibili seruore intentionis.*

5. *An in proportione millies, millies, millies maiori, seruorû, & diligentie?*

6. *An cum applicatione omnium potentiarum, etiam externarum & quasi-tarum, vel commodè applicabilium?*

7. *An desperando de Te, Tuique, viribus, fiduciâ autem in solo auxilio San-*

*In ordinarijs actionibus,  
Etissima Trinitatū, collocatā?*

8. *An vnitē ad Christi merita, sanguinem, mortem, vitalitatem?*

9. *An per omnes atomos tui corporū, animę, capacitati?*

10. *An cum, & ex imitatione VERBI Incarnati?*

11. *An in presentia, reuerentiaque abyssali, Dignitatū Diuinę?*

12. *An secundū amabilitatū, amatiuitatūq; tuę mensuram?*

13. *An herōico, & quā proximē ad diuinam ideam, rationemq; accedente conatu, seruore, defacatione, nuditate, paupertate spiritūs?*

14. *An resignatione sponsali in diuinam voluntatem, & prouidentiam?*

15. *An ad gustum Æternę Sapientię, & ex mente, ritu, ardoreque Societatū Seraphicę?*

16. *An cum adæquatione, aut superatione etiā habitū, pro gratię mensura?*

17. *An cum proiectione tui in vlnas, curamq; nutritiū omnium, gratia?*

18. *An in finem adorationū, laudū, gratiarum actionū, impetrationū, tempor-*

*Nonordinaria perfectio.*

293

poralium, & spiritualium, tibi, alijs, communitatibus, satisfactionis quoq; pro peni tuorum, & alienorum peccatoru, huius, & alterius vita?

19. An cum accumulatione circumstantiarum?

20. An suppletivè pro obligatione omnium Creaturarum, quâ debitrices sunt DEO, seruitij, cultus & amoris?

21. An cum impersonatione in omnes Creaturas?

22. An grati, renuntiando omni commodo, & merito, & premio, liberationi à pena, & cognitioni, atq; reputationi, Diuina, & humane?

23. An cum expectatione sterilitatù, inutilitatù, ingratitude, reprehensionù, censura, sinistra interpretationù, pœna, elusionù, interruptionù, alteri adscriptionis, insultationù?

24. An sine nidulo, & portu voluntatù propria?

25. An propter confusionem faciei tuæ maiorem, puram, solam?

26. An delectabiliter, aviditateque Crucis amplioris, & Martyris saltem cordis?



*Inordinarijs actionibus,*

27. An punctualiter quoad tempus? obedienter quoad internum imperium? adequatè quoad lumen, & affectum?

28. An Sacrificatiuè, tuiq; oblatione, sacrificacione holocaustaria, in Latriam sanctissimæ Trinitatis, & IESV Christi adorationem, exaltationemque?

29. An ex voto? an indiuiuatè? an Iesuitice? & Christiformiter? & Deiformiter, diuinè, dignè DEO? An affectu Sanctissimæ Trinitatis, Christi, Preciosissimæ Parentis &c.

30. An cuncticreatè, cunctibeatè?

31. An semel pro semper, omnipossibliter, omnitudinaliter, omnircumstantiatiuè, ignitissimè, incessabiliter, famelicè, tibi penitus mortuè?

32. An ita, ac si hoc esset vltimum, finaleque efficax medium Predestinationis, sine quo saluandus non esses?

33. An expiatè, purificatè, balneatè in Balneo Sanguinis Christi, meritorūque eius, Iustitiæ, & miserationis Diuinæ, amoris & doloris tui, Cibani Seraphici?

In hoc eius Examine, elucent omnes illius spirituales industriae,

quas

quas in actionibus ordinarijs adhibebat, & de quibus seuerè rationem secum inibat, adiectà expiatione, & pœna, si fortè aliquid ex ijs neglexisset. Alias obseruationes eius singulis actionibus appropriatas, scitu, & imitatione dignissimas, breuitatis causa prætermitto. Illud est memorandum; quòd quauis medià nocte lectulo conuergere solitus fuit, Sanctumque Prophetam imitari, qui medià nocte conurgebat, ad confitendum Domino. Hoc igitur tenebroso tempore, elucebat eius in DEVM amor. Inprimis enim flexis genibus iuuitabat creaturas omnes, ad adorandam Æternam Sapientiam sic; *Æternæ Sapientie fontem, IESVM Christum, venite adoremus, & pro gloria Nomini eius iubilemus.* 2. Petebat quinquies à Societate Æternæ Sapientie, accendi se incessabili amore eiusdem Æternæ Sapientie. 3. Idem petebat à Matre Æternæ Sapientie totidem vicib9, & ab ipsa Aeterna Sapientia, con-

*Actus me  
dia noctis*

*Ad aeter  
nam Sa  
pientiam.*

*Ad Matrē  
aeterna Sa  
pientia.*

*In ordinarijs actionibus,*

cludebatque petitionem, illâ Oratione; *Anima mea desideravit Te nocte, sed & spiritu meo &c.* 4. Salutabat vulnera Incarnatæ Sapientiæ, IESV Christi, his verbis; *Vulnera Tua Dulcissime IESV, sint remedium peccatricis anima mea, & incentivum amoris Tui Diuini. Amen.* 5. Ab eodem Incarnata Sapientia IESV Christo, petebat vestem Dignationum eius, tam internarum, quàm externarum, concludebatq; petitionem hanc, illâ Oratione S. P. N. Ignatii. *Anima Christi Sanctifica me &c.* 6. Salutabat IESVM, & MARIAM, amorèq; suum illis protestabatur, affectu illo Alphonsi Nostri. *IESVS & MARIA mei dulcissimi amores, patiar ego, amore vestri, totus sum vester nullus meus.* 7. Petebat augmentum amoris in se MARIANI, hoc modo; *Piissime IESV, amorem Preciosissimæ Parentis da mihi, propter amorem eius.* idque repetebat quinquies. 8. Concludebat hanc Orationem protestatione, quòd solùm id à Divina Maiestate postularet, quod sibi

Ad IESVM  
& MARIAM.  
AM.



bi Pret. of. f. in a Parens MARIA precaretur. 9. Totum hoc negotium nocturnæ Orationis concludebat affectu ad Sanctissimam Trinitatem hoc modo; O Sanctissima Trinitas DEVS meus, qui mihi det acquiescere in Te! qui mihi des, ut venias in cor meum, & inebries illud, ut obliuiscar omnia mala mea, & vnum Bonum meum amplectar Te! Hei mihi ô Trinitas DEVS, quàm Profundus es in Excelsis, quàm Excelsus in Profundis! Nunquam recedis, & vix redimus ad Te! Age Domine, & fac, accende & rape, flagra, & dulcesce, iam amemus & curramus. O amare! ô ire! ô sibi perire! ô ad DEVM peruenire! Et in his rursus obdormiscebat.

## CAPVT XVIII.

*Opera ascetica à Patre Gaspare conscripta.*

**M**iratur id in Hypponensi Præfule, Diuo Augustino, Orbis Christianus; quod ille Episcopali-  
bus distentus negotiis, sub id præ-

*Scriptio  
per totam  
vitam re-  
ligiosam.*

fertim Ecclesiæ tempus, quo Anti-  
fites ipsi absque demandatione vi-  
cariatûs, & ab Exedris ad populum  
de-tonare, & iudicaria, fermè quouis  
die occupare subsellia solebât, quòd  
inquam, tanta librorum volumina  
posteritati reliquerit: arduû enim  
est mortalem manum, nisi digitus  
D. N. I. accesserit, tam amplam esse  
posse. Idem mirari in Patre Gaspa-  
re cogimur: dum relicta post mor-  
tem eius plurima ascetica opera, &  
cernimus, & reuoluimus. Minuit  
quidem admirationē id; quòd sta-  
tim à primis Religiosæ vitæ annis,  
eiusmodi codicillos compilare cæ-  
perit, in eoque studio ad morbum  
vsque extremum perrexit, immodò  
etiam in itineribus quæ Prouincia-  
lis conficiebat, eum laborem non  
neglexerit, atque in itinere quo Ro-  
mam Procurator, & bis Elector  
ibat, indeque redibat, integros cõ-  
scripserit Tractatûs. Verùm id, vt  
minuit admirationem, ita auget,  
quomodo tot negotia, scribendique  
obstacula, eo in genere, illi impe-  
dimen

dimento non fuere. Scripsit ordinariè, absque vlla lima, currente calamo, in libro plerumque iam compacto, quòdque magis mirère, sine inspectione librorum, etiam ad citandas auctoritates, tam Scripturæ, quàm Sanctorum Patrum, quas tamè genuinè referebat. Scripsit præterea tam intento animo, ut simul & indefinenter scribere, & alteri ad quæsitæ, congruè respondere potuerit; cuius rei ego oculatus testis. Quia verò fortè dignissima luce, eius Scripta, in lucè non prodibunt pleraque, ideo hic eorū appono Catalogum. Reliquit itaq;

*Rarum  
scribendò  
Spiritu-  
alia talen-  
tum.*

Exhortationum Domesticarum,  
Volumina iusta 4.

Concionum Dominicalium, Vo-  
lumina 6.

Concionum in Festa. Funebriū,  
de Passione Christi, volumina. 4.

Concionum miscellanearum,  
volumina. 2.

Materiarum pro Concionibus,  
volumina, 3.

Materiarum ad Exhortationes  
domesticas, volumen, 1. Tra-



*Opera ascetica,*

Tractatum de modo, & praxi  
meditandi.

Meditationes pro Collectionib<sup>us</sup>,  
& Prouisiones senectutis, in volumine vno.

Meditationes excitando & fo-  
uendo spiritûs feruori, & renoua-  
tioni, in volumine vno.

Meditationes de votis Religioso-  
rum, tam in communi, quam in  
particulari: & de votis perfectio-  
nis, in volumine vno.

Librû Gratia, in volumine vno.

Lectio<sup>rum</sup> Nouitiagarum, vo-  
lumen I.

Tomum vnum, in quo hæc con-  
tinentur. Paradoxa VERBI Incar-  
nati.

Considerationes in 4. hebdoma-  
das Sacri Aduentûs, & series col-  
lectionis annuæ.

Tomum alterum, in quo hæc cõ-  
tinentur. Tractatus de moribus,  
amore, seruitio Æternæ Sapientia.  
Soliloquia. IESVS Passus per titulos.  
Zeli animarum salutem zelantis  
Soliloquia. Affectûs circa dilectû

IESVM passum. Tractatus de prima Probatione Societatis IESV. Tractatus de modo perfectionem parandi. Synopsis totius vitæ, perfectionisque spiritualis. De notitia Virginis MARIE. & de quinque affectibus erga Pretiosissimam Parentem, Virginem MARIAM. Mâncipium MARIANVM. Apparatus ad Meditationem Mysteriorum, ex Vita Christi, & Vitæ eiusdem Mysteria. Tractatus de Notitia Domini Nostri IESV Christi.

Tomum tertium, in quo hæc continentur. Tractatus de Natura Societatis IESV. Tractatus de S. P. N. Ignatij Exercitiis, eorumque usu. Prima Principia vitæ spiritualis, de Manifestatione conscientie. Tractatus de silentio. Tituli Pretiosissimæ Parentis. Centuria observationum spiritualium. De deuotione ad Passionem Christi. De Virtutibus. De usu, & seruitute rationis. De libertate abneganda.

Tomum Quartum, in quo hæc continentur. Tractatus de excessibus ame-

amoris Christi. De excellentia Amoris Diuini, in uiuendo sese nobiscum, per Sanctissimum Sacramentum. De Gratia Diuinæ Sanctificantis excellentia. De Beatitudinis æternæ excellentia. De B. V. **MARIE** excellentia. Notata de Societate **IESV.**

Stromata in Passionem Christi in duobus Tomis mediocribus.

Rationes, seu industriæ variæ, Annum inchoandi, terminandi, Festa celebrandi particulatim, in volumine vno prægrandi.

Volumen continens dictamina popularia Spirituality: Casuum Resolutiones: Theoremata **MARIANA.** De Immaculata Conceptione **B. V.** Discursus.

Volumen continens Tractatum de Præsentia **DEI** in nobis, & Exercitia spiritualia Tyronum Religiosorum per 12. Menses.

Opusculum de amore **DEI** adulatoris.

Vitam **B. V.** & de **S. Iosepho** spòso eius, in volumine vno.



Exercitia Liturgica in vno præ-  
grandi volumine.

Industrias Negotiationis spiri-  
tualis, in vno volumine,

Meditationes in Dominicis, &  
Festa totius Anni, in volumine vno.

Consuetudines Spirituales quo-  
tidianas, hebdomadarias, menstruas,  
seu singulorum mensurã, in vno  
volumine.

De soliditate virtutis, volumẽ  
vnum mediocre.

Opusculum continens Exercitia  
Contemplationis, & Observationes  
Liturgicas.

Exercitia 4. Hebdomadarum,  
in vno volumine mediocri.

Tractatum de Gladio Doloris  
MARIANI.

Tractatum de Professione, atq;  
Professo Societatis IESV.

Tractatum de affectibus, fructu,  
& applicatione Sanctissimi Missæ  
Sacrificij.

Discursus de iactura, & perditio-  
ne sui, in volumine vno.

Tractatum de voluntate DEI.

Tra-

Tractatum de 10. Sanctitatis generibus. De vitio linguæ, & de tolerandis aliorum linguis.

Paruum bonum Divi Bonaventuræ, Meditationibus illustratum.

Meditationes Quadragesimales.

Tractatum de Vita Communi Religiosorum.

Tractatum de Virtute Indifferentiæ.

Considerationes de dignitate Sacerdotii.

Tractatum de collectione Tri-duana, & Octiduana.

Contemplationes de DEO, & Attributis eius.

Bellaria devotæ DEO mentis.

Introductionem ad Spiritum, & disciplinam veræ, Christianæque Humilitatis.

Libellum illustrationum, & beneficiorum DEI sibi collatorum.

Scriptis præterea non pauca opuscula spiritualia, idiomate Patrio, in usum fidelium, ad instantiam Principum matronarum: tanta enim omnibus qui eum noverant, ingratis

inerat illius æstimatio; vt summæ felicitati sibi ducerent, si quidpiam ex ascesis eius nancisci possent. Ipse Serenissimus Poloniarum Rex, Ioannes Casimirus, per Gubernatorē Felinensem, submitti sibi, pro solatio animi, Scripta aliqua eius expetijt, eaque submissa plurimùm veneratus est: Complures insuper *Opinio de scientia infusa* doctrinâ, & virtute præstantes, cum non parum de scientia infusa habuisse opinantur, vt pote qui tanta absque subsidio librorum, immò nec in libris reperibilia conscripserit. Debuit profectò manus Domini esse cum manu eius.

## C A P V T XIX.

*Preparatio ad mortem, & ipsa Mors Patris Gasparis.*

**R**eparator vitæ nostræ Christus Dominus, prouiso contra mortem animæ, infiniti pretij, nempe *Antidoto contra mortem* pretiosi sanguinis sui antidoto, contra mortem corporis nullum aliud prouidit remedium, nisi ipsam præ-

**V**

uili-



*Preparatio ad mortem,*

uisionem mortis, atque ad eius inopinatum aduentantis horam, preparationem: ita enim seruos suos cohortatus est; *Estote parati, quia quâ hora non putatû, Filius hominû veniet, iudicaturus nempe in ipso mortis articulo, decretumque seu vitæ, seu nunquam morituræ mortis laturus.* Paruit cohortationi huic Pater Gaspar, atque contra cæcam mortem oculatus fuit.

*Deuotio  
ad B. V.  
pro felici  
morte.*

In primis enim quouis die, ad minimum ter, mortis apparatus fecit. Mane primùm, dum Pretiosissimam DEI Parentem salutaret, adiectis S. Mechtildis, pro impetranda felici morte oratiunculis. Deinde in Meridie, adijciens salutationibus, hoc postulatum, *Meississima Virgo MARIA, per dolores anima Tue, quos passa es, quando vidisti Filium Tuum in Cruce pendentem, & animam exhalantem. dignerû me in hora mortû meæ reddere securum.* Denique ante somnum præter alios actus, praxim, seu experimentum mortis faciebat eiusmodi, *I. Decumbes in lecto*

lecto velut in loculo. 2. Toti mundo, re-  
 buq; eius valedices, 3. Testamentum Experimē  
 Spirituale ratum habebū. 4. Sanctissi- tū & pra  
 mum Eucharistiæ Sacramentum, atque xii mortis  
 Extréma Vnctionis, spiritualiter sumes, ante so-  
 præmissâ confessione similiter. 5. Agoni- mnium.  
 santi in Cruce Christo, instantiq; mor-  
 tu eius, & Pretiosissima Parentis, omni-  
 umq; Electorum eius, instans mortu tue  
 recommendabis, & vnies. 6. In manus  
 Sanctissima Trinitatū, IESV Christi,  
 B. V. & omnium Electorum, animam  
 tuam, spiritumq; trades. 7. Vltimo ve-  
 luti anhelitu cordis, repetes; Sanctus, San-  
 ctus, Sanctus. Item, IESVS MARA  
 donec obdormiscas, in eius laudem, glo-  
 riamq; & gustum. Sic spectante cælo  
 scenam mortis suæ in dies agebat.  
 Pater Gaspar, vt serio moreretur,  
 & viueret.

In vsu præterea illi fuit, singu- Ratifica-  
 lis iridē diebus, in Sacrificio Missæ, tio Testa-  
 ante sumptionem Sacri Calicis, Te- menti in  
 stamentum suum ratificare, in hunc Sacro.  
 modum, Mi IESV, testamentum me-  
 um ratum habeo, illudq; Sanguini Tuæ  
 sumptione confirmo. In actione verò

gratiarum, post Sacrificium, tale illius inter cætera postulatum fuit. Postulo à Te misericordissime, ac liberalissime IESV; vt des mihi ad extremum vita mee instans vsum rationū, quin & sensuum, vtq; Te etiam in extremo vita puncto super omnia diligam, super omnia aestimem, super omnia cupiam, tanquam supernaturale Bonum, vltimumq; finem meum, & ex iisdem motiuis, dolendo de peccatū meū, in manū Tuas, & Pretiosissima Parentū, Angelorumq;, ac Patronorum Sanctorum, spiritum meum

*Meditatio pomeridiana de morte.*

tradam. Meditatio quoque pomeridiana, quam nisi vrgentia impediuissent negotia, quotidie habuit Vfitatam, ordinariè exercitium mortis fuit. Tot eius quotidiana erant præludia, ante punctum mortis.

*Tabula testamentaria*

Quia autem mentio Testamenti facta est, confecerat ille tabulas quasdam testamentarias, his actibus constantes.

Ego volo testamentum pro vita, & morte mea facere, propter maximam gloriam, purissimumq; gustum DEI, propter certam salutem meam faciendam.

quam



quam certam facere, ita ex mea libera voluntate volo, sicut ex DEI placito teneor, & sicut me gratia DEI, meritum IESU Christi, suffragium Pretiosissimæ Parentis MARIE adiuuat:

1. Agnitio. Fides, Spes, Amor Sanctissimæ Trinitatis. Sanctissima Trinitas, DEVS omnium, & meus naturalis Dominus supernaturaliūq; finis. Te ego in ista hora agnosco, à Te spero, Te adoro, Te amo, ac estimo super omnia, Dignitatiq; Tuæ me deuoueo, ac deuotum facio, quia verè dignissimus, & ipsa Dignitas es, & quia ego omniratione seruus, mancipium, iumentumq; Tuum sum.

*Agno-  
tionis, Fi-  
dei, Speis  
amoris.*

2. Dolor, & Retractatio peccati, vilificatio sui, Ratificatio boni Peccavi in Te DEVS meus; hoc est peccavi in Essentiam, Presentiam, Potentiam, Bonitatem, Charitatem, Gratiā, Dignitatem, voluntatem, Sapientiam Tuam. Peccavi & in meipsum, totamq; portionem naturæ, & gratiæ, à Te mihi datam, Peccavi & in omnem Creaturam, mihi ex bonitate Tua perpetuo seruientem. Peccavi inquam ego homo, ego nihil, ego peccatorum primus, peccavi super-

*Abus do-  
loris, re-  
tractatio-  
nis, vilifi-  
cationis,  
ratifica-  
tionis.*

## Preparatio ad mortem,

numerum momentorum vite mea. Doleo mi DEVS dolore, quo, & quanto dolere me vñ, ided tantum quia vñ, velle vitasse, volo vitare peccata omnia, per vite mea momenta omnia. E contra vero mi DEVS, rata nunc habeo bona omnia, quacunq; in tota vita mea, ex Te, circa Te, propter Te, habui; ratos habeo pios motus, ac sensus, & actus meos omnes, sub omni latitudine illorum, & sublimitate, eosdem nunc elicitos à me volo, immò illos, quæ possum elicio, atq; illos Tua gratia, IESV Christi Sanguini, Pretiosissima Parentis, & omnium sanctorum meritù, adiunctos, Tibi offero, pro ijsq; tanquam Tuis donis Tibi gratias ago.

*Ad huc in-  
ductionis  
IESV  
Christi.*

3. Confessio, & induitio IESV Christi. Dulcis IESV Christe, DEVS, & Redemptor meus, Fili DEI, & Hominis: Te agnosco, credo, amo, vitam, veritatem, viam, pretium meum, amplector ideam vite Tue, & à me expressam cupio. Approprio mihi merita Tua omnia, & facio illa mea, ijsque vnio, & dignifico omnia bona mea. In balneo Sanguinis, vulnerumq; Tuorum,

*abluo*

ablus ac demergo omnia mala mea. Glorior veste omnium Dignationum Tuarum. Includo me, & incarcerationi, ac sepelio in Theandrico corde Tuo. Instanti Pretiose mortis Tue, instans mortis mee unio. & commendo, & deniq; totus in totum Te transformari, indiuinariq; desidero.

4. Gaudiū, & gratitudo de Bonis DEI ad intra & extra. Gratulor, & cōgaudeo Tibi mi DEVS omnia bona, que bes in omni creatura. Et ago Tibi gratias primū pro omnibus bonis meū, beneficijs Tuis. Deinde ago Tibi gratias pro omnibus proximorum, atq; aded creaturarum omnium omnibus bonis, partim quia bona sunt illis, partim quia etiam sunt bona mihi in illis: ego enim sum aliquid vnum cum illis, & ideo meum bonum est omne beneficium Tuum, quod contulisti, confers, & conferes illis. Ob quod ego Te amo, & Tibi gratias ago, sicut pro ipso me, ita pro omnibus illis, vt Tibi DEO meo nusquam, & nunquā non sim bonus, sicut Tu DEVS meus, tam intra, quā extra Te, tam intra, quā extra me, mihi es bonus. Ob quam etiā rem, omne omnino bonum profiteor esse

AGOGAN-  
dis, &  
gratitudinis.



## Preparatio ad mortem,

Tuum, illudq; Tibi attribuo tanquam Tu-  
um, & si quod vnquam vsurpauit mihi,  
vel vlla Creatura vsurpauit sibi, id omne  
totum ego & pro me, & pro omni creatu-  
ra restituo Tibi.

Actus in-  
uocatio-  
nis. SS  
C. 114  
- 111111111  
- 111111111

5. Inuocatio Sanctorum, Vos in  
hac hora inuoco omnes Angelorum, atq;  
hominum Sanctos ordines, Dominos, atq;  
Patronos meos; præcipue verò ac nomi-  
natim vos, quibus quacumq; Societate as-  
sociatus fui, quos peculiariter dilexi, quos  
medea predestinationis habui, quos mihi  
Patronos, ac Sodales, Diuina prouidentia  
dedit: quos nemo nominatim honorat, &  
inuocat, quibus in æterna gloria à Deo  
gloria associandus sum,

Actus re-  
signatio-  
nis.

6 Resignatio in DEI volunta-  
tem. DEVS meus nihil mihi sum, ni-  
hil esse volo, nisi terra sterilis. Me apud  
Te, & propter Te negligo. In Te iactatio  
mea semper, Tibi ego derelictus à me,  
paratum cor meum Tibi, paratum cor, &  
cura mei, voluntati Tue, Quid de me?  
Quid me viu pati aut facere? Ecce ego  
præsto sum, Fiat voluntas tua in me, de  
me, per me, propter gustum Tuum, pro-  
pter nullum præmium meum. Ecce ego  
seruus

seru<sup>9</sup> Tuus. Da quod iubet, & iube quod  
 vult. Fac me Tibi, in quem vult, in quem scis,  
 in quem potes gustum cordis Tui. Misere-  
 rere mei sicut scis, & vis. Fac mecū  
 volūtatē Tuā, ad volūtatē Tuam.

7. Amor Pretiosissimæ Parentis,  
 & depositio in manus eius. MARIA, *Actus ad*  
 Parens Pretiosissima, Domina, Mater, Ha- *mori B.*  
 res, Hereditas, sponsa, amorū mei vita, *V.*  
 amor vita mea Tu es. ego autem mancipi-  
 um, filius, hereditas, heres, sponsus, iu-  
 mentum Tuum sum. agnosco Te, agnosce  
 me in hac hora, & in hoc instanti mortis  
 meæ, quod ego unio, & commendo in-  
 stanti mortis Tuae, Vltimum Tibi reddo  
 tributum, atq; censum mei, nempe mei-  
 ipsum: fac mecum, Tuam, & Filij Tui  
 voluntatē, orna me Tui, & Filij Tui me-  
 ritis. Tene me maternū (in quibus me de-  
 pono, & quibus me Sanctissima Trinitati  
 presentari cupio) manibus Tuis, non sinas  
 autem mori me, nisi augeas in me amo-  
 rem Tui, parem amabilitati, & Pretiosi-  
 tati, Dignitatēq; Tuam,

8. Sicis DEI, & Diuinorum. Si- *Actus s.*  
 tio mi DEVS omnitudine meā amorem, *tu Dei.*  
 & estimationem, Seraphico-MARIA-

*Preparatio ad mortem,*

**N A M,** omnitudinis Tue. Sitio honorem,  
 & gloriam Tuam, parem Tibi. Sitio no-  
 titiam IESV Christi, & adequatam me-  
 ritu eius efficaciam meritorum eius, in  
 omnibus redemptionis eius. Sitio cruce, stul-  
 ticiâ, Dignationibus, incessabili amore,  
 Indiuationi gratiâ, Sacrificio, Sacra-  
 mento, Viatico Eucharistico, imitatione,  
 moribus, merito IESV Christi, nihilita-  
 tem meam vestiri, saginari, dignificari.  
 Sitio Pretiosissima Parentu amorem, pro-  
 pter eius amorem. Sitio salutem anima-  
 rum. Sitio zelum, & sitim salutis anima-  
 rum. Sitio zelatores salutis animarum,  
 & zelum sitimq; zelatoribus earum. Sitio  
 deleri, & anathema esse pro fratribus  
 meis. Sitio Sanctissime Trinitatu, & IESV  
 Christi Humanitatu, & Pretiosissime  
 Parentu, & cuiuslibet Societatu mea, &  
 Vniuersæ Beatorum multitudinis conspe-  
 ctum, consortiumq; eternum. Sitio au-  
 tem mihi, & omnibus, quibus Sanctissi-  
 ma Trinitas vult, quia vult. Deniq; sitio,  
 & cupio dissolui, & liberari de corpore  
 mortu huius. DEVS meus cupio. In ma-  
 nus tuas spiritum meum commendo, &  
 redde.



Hoc igitur Testamentum spiri-  
tuale, ardenti spiritu, coram igne  
nostro consumente, in Sacrificio  
quotidie instaurabat Pater Gaspar. *Ieiunium*  
Hebdomadatim verò omnia totius *ad bonam*  
hebdomadis ieiunia, tam ordinaria, *mortem.*  
quam extraordinaria, offererat in  
impetrationem Sanctæ mortis; vt  
nimirum ad viam æternitatis capes-  
sendam ipso ieiunio viaticum sibi  
prouideret. Ad eundem finem quod-  
libet Feriæ quartæ Matutinum re-  
citabat; vt ad Completorium vitæ  
feliciter perueniret. Quavis item  
Feria secundâ ad Aras incruento Sa-  
crificio, tanquam memoriali mortis  
Domini, fortunatam sibi mortem  
demerebatur. Frequenter autem  
æstuabat desiderio cæli, atq; in hos  
prorumpere affectus. *O Calum toto*  
*me desidero Te! o Calum celi toto me fe-*  
*sino ad Te! o Domus DEI quando inha-*  
*bitabo Te! o Terra viuentium quando vi-*  
*uam in Te! o Patria quando reuertar*  
*ad Te! o Ciuitas DEI quando ero ciuis*  
*Tui! o Templum DEI quando visitabo*  
*Te! o Tabernaculum admirabile quando*  
*ingre*

*Desiderio*  
*Cæli*

*Præparatio ad mortem,*

*ingrediar Te! ô visio pacis quando pacifi-  
cabor in Te! ô Portus quando tenebo Te!  
ô Bracium quando apprehendam Te! ô  
Sion quando videbo DEVM Deorum in  
Te! ô Requies opulenta quando distabu-  
me! ô Fons vite perenni, quando sitim  
meam extingues in me! ô beata aterni-  
tas, & aterna beatitudo, quando peren-  
nabo in Te! ô Meridies quando meridia-  
bor in Te! ô Gloria Domini quando ap-  
parebis ad satiandum me!*

*Festum  
mortis.*

Usitatum insuper habebat, singulis mensibus, & in fine Anni, 31. Decembris, celebrare Festum mortis propriæ; ne nimirum ferialiter, sed consueta iustorum solennitate moreretur. Cuius Festi celebrandi modum eiusmodi sibi statuerat. 1. Cōfessionem peccatorum faciam tanquam ultimam, & prout in agonia positus, factam vellē, cum eo dolore, exactione &c. 2. Testamentū relegam, & ratū habebo per omnia puncta. 3. Tabulas item Testamēti, & actus mortuales ruminabo, idque faciam mortui instar, etiam compositus, melioris causā apprehensio-

*Et ipsa Mors.*

507  
hensionis. 4. Aliquam ex Meditationibus mortis, vel plures meditabor saltem per secundum orandi modum. 5. Intentioni Sacri adiungam postulationem, felicitis & sanctæ, iuxta DEI voluntatē. mortis. In hoc Sacro toto (vt est in eius Exercitio Liturgico) retinebat in se feruens, & ardens desiderium dissolui, & esse cum Christo. In Consecratione representabat Sanctissimæ Trinitati, mortem IESV Christi, eundem verè, realiterque Consecratione immolans, mortemque suam morti eius uniens. In Eleuatione petebat à IESV Christo, instans mortis suæ instanti mortis eius eleuari, & dignificari, simulque protestabatur se cupere, ac proponere mori, in adorationem, & cultum, tum mortis IESV Christi; tum Sanctissimæ Trinitatis, DEI, atque Auctoris vitæ suæ. In Communione, IESVM Christum Redemptorem suum, per modum Viatici, vt moribundi solent, sumebat, permittebatque vitam,



ram, & mortem suam totaliter voluntati Diuinæ, simulque petebat, vt absque congrua Sacramentorum communione, ex hac vita non cederet, sed particeps omnium dignè effectus, in præsentia IESV Christi, Pretiosissimæ Parentis, Sanctorumque omnium, moreretur, ablutus in balneo sanguinis IESV Christi, ab omni pænæ, & culpæ obligatione. Post Sacrum, mortem suam agonizanti in Cruce Christo, commendabat actibus sequentibus.

*Actus ad  
IESVM ago  
misantem  
pro felici  
morte.*

1. IESV in Cruce agonizans, & moriens pro me; immitte queso spiritum Tuum in cor meum, illoque animam meam viuifica, quoniam teste, & dante Te, Tuo solo spiritu viuere volo, tam in huius præsentis vite meæ tempore, quam in mortu meæ, articulo.

2. IESV in Cruce agonizans, & moriens pro me; adoro Te adoratione Lætric debita Maiestati Tue Diuina, insuperque mori totis viribus cupio, vt morte meâ quàm citissimè, & condignissimè agonizantem, morientemque, Te pro me in Cruce, venerer, ac morte meâ quoad

possum; compensam mortem Tuam.

3. IESV in Cruce agonizans, & moriens pro me; per hunc agonem Tuum & per spiritum, quem in manu Patris Aeterni commendasti, obtestor Te, ut instans mortu Tua influat, in mortu mea instans, illudq; dignificet, & in conspectu Sanctissima Trinitatu gratum, atq; pretiosum reddat. Instanti igitur mortis Tue, agoniq; Tuo, pretioso, instans mortis mea, agonemq; meum humillimè represento, recomendo, unio. consecro.

4. IESV agonizans, & moriens in Cruce pro me; ibidemq; orans pro crucifixoribus Tuis, Patrem; obsecro ut ores quoq; eundem pro me, crucifixore Tuo, impetresq; mihi mortem Sanctam, & charitate perfectà consummatam.

5. IESV agonizans, & moriens in Cruce pro me; stillantem, tepentemq; amore mei sanguinem Tuum colligo. & lambo deuotum, optans simul ac petens à Te; ut in hora mortu mea adesse mihi praesens, cum gloriosa Matre Tua, Sanctisq; Tuis digneris, adnumeresq; me saltem vltimis redemptu, & electu Tuis, & in illo decretorio agonu mei momento,

secun-

*Preparatio ad mortem,*

secundum magnam misericordiam, copiosamque redemptionem Tuam misereari mei.

6. IESU agonizans, & moriens, in Cruce pro me; nullam omnino spem salutis aeterna, aut nunc habeo in vita, aut habere volo, protestorque in morte mea, praterquam in sacratissimi vulneribus, doloribusque Tuis, & in mortu Tua instanti, quo Redemptionem nostram consummaisti. O mi IESU, sit mors Tua, vita mea: Mors Matris Tue dignificet mortem meam. Mors Sanctorum omnium, pretiosam coram Te faciat mortem meam.

7. IESU agonizans, & moriens in Cruce pro me; Te ego pauperculus servus Tuus, per Trihorium, Agonemque Tuum, quo cum doloribus mortu in Cruce collocatus es, obsecro, ut Te talem in hora mortu mea cognoscam, credam, imiter, venerer, diligam, atque corde meo mortu succumbente, exsanguibusque labijs meum, Te personem, inuocem, demurmurem, ac laudandi, inuocandique Te, conatui ultimam tandem, immoriar,

8. IESU agonizans, & moriens in Cruce pro me; cupio, propono, & abs Te peto,



peto, vt instans vltimum vita, mortuq;  
mea consummatiuum, sit ardentissimus  
Tui amor, quo cor meum, & accensum  
ignescat, & vulneratum immoriatur, &  
consumptum incineretur, & concrema-  
tum fauillescat.

9 IESV agonizans, & moriens in  
Cruce pro me; amo Te quā possum igni-  
tissime, & astuosissime, quomodo etiam  
amare Te volo, statuoq; in mortu mea  
agone, in quo, vt cor meum amorū Tui  
ignibus Seraphicū, MARIANISQVE,  
ac insuper Tuū, astuet, palpitet, concu-  
tiatur, eorumq; actu, & astu consciatur,  
ac emoriatur, Tu mi IESV, propter ago-  
niū mortuq; Tua instans, misericordissi-  
mē facito.

Ex Meditationib<sup>9</sup>, quas de mor-  
te instituebat, hæ erant præcipuæ.  
Prima. In nidulo meo moriar. Ni-  
dulus meus. 1. DEVS meus. 2.  
Æternæ Sapientiæ gustus, & Socie-  
tatis eius catus. 3. Nutricis omni-  
um Gratia, Medium vberum. 4.  
Voluntatis Diuinæ placitum. 5. A-  
byssus misericordiæ viscerum. 6.  
IESV Christi Crucifixi vulnera, præ-  
cipuè

Niduli  
Mortu.

*Preparatio ad mortem.*

cupuè latus, & cor hians. 7. CRUX  
Christi IESV. & dignationes eius.  
8. Pretiosissimæ Parentis manus.  
9. S. Angeli custodis brachia. 10.  
Societas IESV.

*Vestis mor-  
tuis.*

*Altera.* Vestis quã indutus com-  
parere in oculis Regis æterni, iu-  
dicisque, volo. 1. misericordia, &  
gratia. 2. Charitas, & æstimatio  
Dignitatis diuinæ. 3. IESV Chri-  
sti merita. 4. Pretiosissimæ Paren-  
tis, & Sanctorum suffragia. 5. Di-  
gnationum IESV Christi interna-  
rum, externarumque vestis. 6. Re-  
signatio in omnitudinem Diuinæ  
voluntatis. 7. Indiuinatio. 8. Nu-  
ditas ab omni amoris, libertatis,  
sensuum, proprietatis, ad Creatu-  
ram, vel ad me conuersionis, gu-  
stu. 9. Vestis mancipij DEI, Chri-  
sti, Pretiosissimæ Parentis, Reli-  
gionis.

*Genus  
Mortis.*

*Tertia.* Genus mortis meæ. 1. in  
voluntate DEI, mei. 2. Cu-  
pio non solum in charitate, sed  
etiam à charitate mori. Excessu, ac  
vulnere charitatis extingui. Actus

amo.

amoris hic in mortis instanti ita inchoare, & deinceps omni æternitate continuare; vt actus ille sit mihi actus mortis, & causa, sit mihi initium æternitatis, finis, & meta mortalitatis. 3. Cupio zelo Gloriæ DEI, gustusque eius, & animarum siti, laboreque obrutus, mori. 4. Cupio sine vlllo desiderio mei, in solo Diuinæ voluntatis placito, quoad omnes circumstantias mori. 5. Cupio assimilatus Christo passo, contempto, pauperi, stulto, morienti mori.

His adnecto affectum Martyrij, quo ille frequenter æstuabat, intuensque Christum in Cruce pendentem, sic cum corde magis quàm ore alloquebatur. *Dulcissime Domine Desideriũ*  
 IESV Christe, qui passus, & mortuus es *Martyrij.*  
 pro me: ex dono gratia Tua, desidero,  
 & peto, & offero me, pati, & mori pro  
 Te óvvinam: Vitam des, & facias me  
 fundere sanguinem, & vitam meam pro  
 Te, qui ista profudisti pro me. Vitam hic,  
 & omni alius dolor meus, sit mihi letali-  
 ſ, sicut fuit Tibi omni dolor Tua Pro-  
 biosa Passioni. X̄a Hac



*Preparatio ad mortem,*

Hactenus non umbrales, nam non ad umbrosam mortem exercitationes, ex quibus connaturaliter non nisi fortunata mors sequi poterat: si enim non potest malè mori qui bene vixit, quanto magis, qui bene mori consueverat. Sequitur iam ipsa mors Patris Gasparis, quam intensissimi præcessere dolores, à febris tertiana causati; in qua integer paroxysmus semper Lethargus fuit, cum eo incipiente, incipiens, desinens, cum desinente. Post tales aliquot morti affines paroxysmos, inter quos tamen videre erat valentem animum, tum ex refectione, per Epulum cœleste, quod etiã paroxysmis præmittebat: tum ex mortificationibus quas virgarum ictu, die inter paroxysmos intermedio, (vt aliqui aduorterunt) adhibebat: tum ex intenta in Cœlum cogitatione, deuenit ad extrema, si tamen mors, quæ in vita eius, primas semper habebat, extrema dicenda est. Sacro itaque munitus Viatico, nempe percepto

*Sacramē  
torum & q̄  
ante mor-  
tem.*

*Et ipsa Mors.*

925

eo, qui est vera ad Cœlum via, atq;  
ad athleticum in agone certamē,  
Extrema perunctus Vnctione, lo-  
quelam amisit, corde tamen, vt ex  
nutibus, & oculorum obtutu appa-  
rebat, alloquens DEVM, domesti-  
cis, externis, inter quos nonnulli  
veniebant Prælati, de genu bene-  
dictionem ab eo exposcentes, bene-  
dixit. Morti iam proximus, cū  
à quodam Patre, varios illi erga  
cœlestia affectus suggerente, moni-  
tus fuisset, vt eliceret amorem ini-  
micorum, etiam eorum, quos DE-  
VS præuidebat illi fore infensos,  
si occasio adfuisset, arctè manū illi  
strinxit, & gratias egit. Totā verò  
illa die, quæ illi fatalis fuit, nihil  
ampliùs agere visus, nisi supplices  
in cælum manus, oculosque leuare.  
Tandem magis magisque deficiens,  
sibi tamen præsentissimus, non mo-  
ri, sed placidissimè dormire visus,  
animam Creatori suo reddidit, post  
completos vitæ annos 71. Anno  
Domini 1661. die 2. Aprilis, nem-  
pe quadragesimò anniuersaria, quâ

*Mors Pa-  
tr̃i Gasspa  
rio.*

*Ea qua consecuta sunt*

Primam Hostiam Sacerdos DEO  
litauerat. Horâ circiter septima po-  
meridianâ. Mortui facies illicò ve-  
nustior apparuit, quàm fuerat in  
infirmirate, venustæ, vt conijcie-  
batur, coram DEO animæ index.

## CAPVT XX.

*Ea qua consecuta sunt mortem  
Patris Gasparis.*

**V**ix euulgata est mors Patris  
Gasparis, cùm illicò factus in-  
gens populi confluxus, ad corpus,  
sui olim, vt aiebant, Prophetæ.  
(ita Corpora Seruorum DEI, Aquilas  
Ecclesie, & pullos alliciunt) adedque  
permolestè institit; vt modestæ  
religiôsæ, suos circa demortuos vi-  
uaciter attendenti, haud acquieue-  
rit. Sequenti igitur die, ad subter-  
fugiendas interioris Collegij mole-  
stias, delatum est corpus ad Orato-  
rium Germanicum, vt ibi in priua-  
to, publicû, de more, funeris præ-  
stolaretur obsequium. Subodora-  
tus facilè, adfuit confestim, non tã  
specta-

*Concurso  
populi ad  
corp; mor-  
tui.*



*Mortem Patris Gasparis.*

327

ſpectator, quàm venerator populus, magno animi ad pietatem compoſiti ſenſu, abundè fortunatum arbitrabatur ſe, qui Corollam, Roſarium, Scapulare, aut quidpiam ſimile, per contactum Corporis, Patris Gasparis, conſecrare, vt putabat, potuiſſet, vim aliquam, è ſuperſtite tanti animi domicilio, pro- manaturam, ratus. Ne tamen præ- propero deſuncti honore, Apoſto- licis derogaretur decretis; eodem die ſubtractum è priuato Oratorio Corpus, & loculo impoſitum. In- terim tamen ante munus ſepulturæ, ſeptemdecim diebus detentum, do- nec conueniſſet Collegium, cuius maior longè pars, in Miſſionibus Feſtorum Paſchaliũ, apud circũ- iacentes Parochias, functionibus circa ſalutem animarum detenta, morabatur. Ventum eſt ad permo- deſtam religioſi funeris pompam: interfuit illi præcipuus Urbis Sena- tus, Religioſique Ordines, ferè omnes, eiùſdè Urbis, ac ſuburbio- rum incolæ, ordine conſucto, prout

*Funeris  
obſequium.*

X 4

pat

*Ea quæ consecuta sunt,*

par est procedere ACIES DEI viuentis, processere. Deposited in sepulchro communi, Templi nostri, corpus, nonnihil tamen separatius, non vanè augurantibus plerisque, breuè DEVM in seruo suo, mirabilem futurum, quod & euenit.

*Integrum  
post mortem  
corpore  
reperit.*

Anno enim post Christum natū, 1666. à morte autem Patris Gasparis, post annos 4. Menses circiter 6. repertum est mero casu (at non casu quoad destinationes prouidi Numinis casu nihil facientis) Corpus eius. in ligneo depositum. Sarcophago, extraordinariè integrum; Sarcophago ipso, maiori ex parte putrefacto, vestimentisque omnibus, præsertim interioribus, in puluerem redactis. Sensere plerique ex eo suaueolentiâ odoris, intimantis illud; *Christi bonus odor sumus.*

Non potuit latere diu, in sepulchro licet, singularis hæc prouidentia DEI circa corpus serui sui ita seruatum. Postquam deuenit ad notitiam Perillustri, & Reuerendissimi Domini

*Mortem Patris Gasparis.*

329

Domini, Suffraganei Polnaniensis,  
& Perillustri ac Reuerendissimi D.  
Alberti Dobrzelewski. V. I. D.  
Archidiaconi, & Officialis Posna-  
nienfis. adiecit vterque eò ani-  
mum; vt beneficium hoc DEI,  
absque solennitatibus, priuatim illis  
innotesceret. Prædictus igitur Per-  
illustri & Reuerendissimus Suffra-  
ganeus, personaliter sepulchrū Tē-  
pli nostri adiit. Perillustri autem  
& Reuerendissimus Officialis, mor-  
bo præpeditus, duos nomine suo,  
è Consistorio submisit.

*Reuisio in  
tegru cor-  
poris.*

Peracto exactissimè spectaculo,  
per spectaque probi Corporis probâ  
vmbra, Perillustri & Reuerendissi-  
m<sup>o</sup> Suffragane<sup>o</sup>, talem animi sensum  
ad Collegiū nostrū priuati submisit.

*Iudicium*

*Conservationem Corporis, A. R. P.*  
*piè defuncti, Gaspari Druzicki, Socie-*  
*tatis IESV, esse extra causas naturales,*  
*iudicio meo Theologico, ego infra scriptus*  
*conseo, & manu propriâ attestor.*

*Reueren-  
dissimi  
Suffraga-  
nei.*

Martinus Marianus à Kursko  
Kurski, D. G. Episcop<sup>o</sup> Ennensis,  
Suffragane<sup>o</sup> Posnan; Archidiacon<sup>o</sup>  
Płzceuenfis. X 5 Illi



*Ea qua consecuta sunt,*

Illi vero, qui à Perillustri & Reuerendissimo Officiali, submissi erant, talem scripto dederunt recognitionem.

*Testimonium est iudicium Cathedra Vicarium Comissario-  
vum.*

Nos infrascripti, ex commissione speciali Perillustri & Reuerendissimi Domini. Alberti Dobrzelenki. V. I. D. Archidiaconi Posnaniensis, Cancellarij Vladislauiensis, Praepositi Przyczynensis, Vicarij in Spiritualibus, & Officialis Posnaniensis Generalis, ipsiusq; Officij auctoritate, ad videndum corpus, pia memoria, R. P. Gaspari Druzicki, PP. Societatis IESV Presbyteri, deputati. Anno die. vt infra, ad Collegiam, RR. PP. Societatis IESV Posnaniensium descendimus, eiusdemq; Collegij A. R. P. Rectore ausato, & requisito, superq; requisitione nostra consentiente, ad Ecclesiam eorundem venimus, sepulchrumq; in quo Corpus memorati R. P. Gaspari Druzicki depositum est, ingressi sumus: vbi dictum corpus vidimus, reuidimus, palpauimusq; Capite, vt in alijs mortuis asolet, corrupto: à Collo tamen inclusiue, vsq; ad extremitates pedum, modo extraordinario integrum, cuti ex magna parte,

*Solu Caput corruptum, reliquum Corpus integrum.*

candi-

Mortem Patris Gasparis.

331

candidâ, & ubiq; tractabili: arterijs,  
& venis, iuncturâq; integrâ: in pectore  
 ruborem stillantem, absque exulceratio-  
 ne, & putredine habens. Fossulas etiam  
 Cingulares tres in eodem Corpore de-  
 prehendimus; Vnam ad lumbos profun-  
 ditati crasse ad latitudinem sesquidigiti:  
 alteram ad mamillas in pectore: tertiam  
 super genu pedis dextri: omnes autem  
 eiusmodi fossulas, curim & carnem ha-  
 bentes. Cicatrices præterea tres in Sca-  
 pulis vidimus; ex quibus vna ad maioris  
 volæ magnitudinem, reliqua dua ad ouî  
 gallinacei quantitatē accedunt. Graue-  
 olentia nulla à nobis percepta, nullumq;  
 vestigium vllius condimenti, aut inun-  
 ctionis reperire potuimus. Vnde agnosce-  
 dum sine dubio; naturaliter rem hanc  
 fieri non posse. Quæ omnia, & singula  
 per nos visa, & reuisa, in vim fidelis ra-  
 tionis, & informationis Officij, præli-  
 bati Perillustris & Reuerendissimi Do-  
 mini, Officialis, de & super existentia in-  
 tegrîtatis Corporis sepedicti R. P. Ga-  
 sparis Druzicki, ante Annos 4. & 6.  
 Menses defuncti, recognoscimus, & at-  
 testamur: in fidemque presentium ma-  
 iorem,

In pectore  
 stillans  
 rubor.

Fossa &  
 Cicatrices.

*Ea qua consecuta sunt,*  
 iorem, eadem manibus nostris proprijs  
 subscripsimus. Posnanæ 1. Octobri 1666.

Subscri-  
 ptio Com-  
 missario-  
 rum.

M Stanislaus Grudowic. Phil. D.  
 Ecclesia Cathedr: Posnan: Penitentia-  
 rius. ad S. Margarita Præpositus, Com-  
 missarius, m p.

Ioannes Regulus Collegiata S. Ma-  
 rie Magdalene Posnan: Canonicus, ac  
 Sacrâ auctoritate Apostolicâ publicus No-  
 tarius, Commissarius, m p.

Post reuisionem hanc, non per  
 modum vllius Processûs, aut præ-  
 liminaris ad Processum, sed solius  
 simpliciter Indagandæ veritatis cau-  
 sâ, institutam, relictum Corpus  
 in eodem, cum alijs demortuorum  
 cadaueribus, Sepulchro, nihilque  
 ampliùs attentatum.

Non omittenda interim sunt di-  
 gna consideratione, in eo ita con-  
 seruati Corporis, siue miraculo  
 vero, siue præterordinario modo.  
 Et inprimis; Quid denotent Fossule  
 ille Singulares terne, quidue Cicatrices  
 illa similiter terne, in Scapulis remanen-  
 tes designent? Sciendum itaque est  
 Fossulas illas esse vestigia Cingulorum

Explicatio  
 Fossularû  
 Et Cica-  
 tricium.

ferreo-



*Mortem Patris Gasparis.*

333

*ferreorum.* Quib<sup>o</sup> se P. Gaspar Mor-  
tificationis studio accingebat; præ-  
cinctis, imperio Christi, lumbis,  
expectans Dominum suum. *Cica-  
trices autem illas, esse vestigia vulne-  
rum, per cruentas flagellationes. infligi  
solitorum:* quod oculati testes, duo  
è Societate nostra Patres recogno-  
scunt; qui Patrem Gasparem, ex-  
tremo in morbo, viribus penitus  
definitum portabant, inuoluebant,  
reportabant, reuoluebantque. Et  
verò cum Cicatrices hæ, sint inti-  
gnia Corporis per flagella dilace-  
rati, adeoque ante mortem iam  
ad corruptionem tendentis; mirū  
prof. Etò; quomodo inchoata ante  
mortem Corruptio, desierit post  
mortem. cui proprium est, etiam  
necdum corrupta corrumpere.

Deinde non minus mirabile &  
illud; Quòd Caput sit corruptum,  
reliquo corpore integro manente:  
si liceret conijcere, dici posset; id  
fecisse DEVM tum ad occurrendū  
dubijs, quæ circa conseruationem  
hanc exoriri possunt, tum ad exag-

*Coniectu-  
ra de Ca-  
piti corrup-  
tione*

*gerate*

*Ea qua consecuta sunt,*

gerandum prodigiū Si enim quispiam subdubitet; fortè id vel qualitate terræ, vel complexione rarâ corporis, vel propter inunctionem aliquam accidisse: facilè responsum habebit; id si verum esset, Caput quoq; non corrumpi debuisse, quod quia corruptum est, conseruatio residui corporis, non ex qualitate terræ, vel ex alijs allegatis causis euenit. Quid item celerius naturaliter post mortem corrumpi in Corpore non exenterato, & sufficienter carnoso, (quale erat Patris Gasparis) debet? an Caput quod corruptum est? an certè Collum, ventriculus, abdomen, partes pudicæ, fæmora, & reliqua, quæ tamen manserunt modo extraordinario.

*Notabile  
de Cōmis-  
sario, Re-  
misere.*

Non contemnendum denique illud, quod contigit vni ex Cōmissarijs à Perillustri & Reuerendissimo Officiali, lustrandi corporis causâ, missis. Fuit is Admodum R. Dominus Grudovicz, Ecclesiæ Cathedralis Pœnitentiarius: qui  
cùm

*Mortem Patris Gasparis.*

335

cum pridie Reuisionis, ex itinere sub  
vesperam domum rediisset, negotij  
quod sequenti die gerendum erat,  
prorsus ignarus, quietique noctur-  
næ non nihil indulgisset; ecce in  
somno videt, deduci se ad perlu-  
strandum corpus Patris Gasparis,  
faciem, & caput velo obductum ha-  
bentis, (prout de facto obductum  
erât, quod tamen ille penitus igno-  
rabat) cumque lustrato corpore  
faciem reuelari desiderat, videt Pa-  
trem Gasparem protensâ versûs fa-  
ciem manu innuentem, ne facies re-  
ueletur. Illucescente die, euigilans  
dum demiratur somnium, adest e-  
phebus. à Perillustri & Reuerendis-  
simo Officiali, ad eundem, euocâs  
illum, non cunctatus, Reuerendis-  
simum adit, & dum varios miscet  
sermone, somnium recens enarrat.  
Obstupuit Reuerendissimus Officia-  
lis, exclamauitque se in hoc planè  
negotio, velle eius operâ vri, nec  
aliam subesse causam, ob quam  
eum euocauerit. hæc combinatio  
somnia cum Veritate, alacriorem ad  
seuis



*Beneficia quadam,*  
reuidendum reddidit, illudq; di-  
lucidè declarauit; *non insolitum esse*  
DEO, *etiam per somniorum umbras,*  
*seruos suos illustrare.*

## CAPVT XXI.

*Beneficia quadam per Patrem*  
*Gasparem, diuinitus, à non-*  
*nullis obtenta, post mor-*  
*tem eius.*

**O**Missis pluribus alijs, quamuis  
illustrata sint argento, auroq;,  
in votiujs tabellis, ad recognitio-  
nem beneficij oblati, quæ iuxta  
Decreta Sedis Apostolicæ, priuatim  
asseruantur: sola præcipua allega-  
re decreui.

*Capitulum de*  
*lor, & pe*  
*riculum*  
*Oculi 1770*  
*1775.*

I. Perillustris Dominus Alexã-  
der à Ludinhaus Wolff, Guber-  
nator Capitaneatum, Felinensis,  
Obornicensis &c. ingenti capitis  
dolore vexabatur, iamque proxi-  
mum amittendi oculi periculum  
incurrerat, mucro crassissimo fru-  
statim è palpebris prorudente. Hic  
igitur inuocato Patris Gasparis de-  
functi

*Per P. Gasparem impetrata.*

137

functi Patrocinio, & numismate, quo dum viueret Pater Gaspar, vti solebat, ad moto Capiti; in instanti ab omni Capitis dolore liberatus est, paratus id ipsum iuramento testari, testatus iam anathemate argenteo.

2. Magnificus Dominus, Petrus Wolinski, genere, & virtute nobilis, Patri Gaspari, ex Sacra Spirituum exercitiorum ascesi, qua ab illo est quondam excultus, probè adductus, cum demortuo iam Patre, in grauem incidisset morbum, ad eum tanquam Patronum suum, & gras leuauit manus, nec irrita fuit exoratio. apparuit enim illi visibiliter in morbo Pater Gaspar, optionemque obtulit, vt deligeret, quod liberet; an in hoc misero Nosocomio, cum morbis non vsque adeo intensis luctari, post fata autem & mulas Inferni, in Purgatorio pœnas perpeti vel certè peracerbos hic sustinere cruciatûs, & à cruciatibus alterius vitæ immunem esse? meliorem elegit partem bonus Nobilis, Deoq;

*Apparitiō  
cuiusdā No-  
bilis infir-  
mitatē*

Y

cerui-

*Beneficia quedam.*

teruicem subiecit, ad toleranda quouis in hac potius vita, quam in altera. Apparitionem, & resolutionem hanc (quam Sorori suæ, maturæ ætatis, & pietate Virgini, proba fide enarrauit) subsequuti mirabiles, & ipsis medicis incogniti morbi, atque cruciatūs, quibus accessere Cacodænis tentamenta. Sed in tam graui certamine identidem illi comparens Pater Gaspar, Dæmones dispellebat, afflictumque in conflictu solabatur: ac tandem tempus mortis illi nuntiavit, veracitatemque nuntij probauit euentus. Fidem eorum omnium facit, superstes defuncti Soror, memorque, & grata beneficij, suum, & fratris sui, deprecatur Patronū, ac Benefactorē.

*Desperata  
sanitatis  
cessante  
sanitati.*

3. Illustrissima Domina Dorothea Gninska, Palatina Pomeraniae, cum in tam grauem incidisset morbum, vt desperantibus medicis, spes vitæ nulla amplius affulgeret, imploratâ ope Patris Gasparis, conualuit, acceptumque beneficiū obla-



oblatâ argentea tabellâ appretians,  
recognouit.

4. Spectabilis Domina Hedwigis  
Vngroua, Ciuis Posnaniensis, So-  
roriû suum, simulq; pupilû, Dani-  
elem Sprechelman, extremè, o-  
mnibusque remedijs humanis in-  
cassum adhibitis, agrotantem lu-  
gens, ad Patrem Gasparem defun-  
ctum confugit, atque adpromissâ  
illi argentea Corona, intercessio-  
nem eius apud Auctorem vitæ De-  
vm. expetit, ac breui sanum Danie-  
lem recepit; ad impletionem tamē  
promissi; mors illius ipsius post-  
modum impediuit, fide, & debito  
apud Euctorem Danielem, postquâ  
creuerit, manente.

*Extremè  
infirmum  
adjuuit.*

5. Iosephus Goski, Auditor  
Philophiæ, in Collegio Posnani-  
si Societatis I E S V, viginti. & tri-  
bus vlcibus, vtrumque pedem  
affectum habuit, quorum vlcerum  
vnum, erat longum, latumque ad  
quartam palmi partem, edque iam  
affectio hæc processerat, vt per  
quinque Annos, à nullo Medicorû,

*Vlcera  
sanata.*

*Beneficia quadam,*

Chirurgorumque per sanari potuerit, humoribus in affectam partem continuo defluentibus. Quid hic ageret bonus adolescens? Vidit apud quendam Constudiosum, particulam Casulae in qua Corpus demortui Patris Patris Gasparis sepultum erat, illam magna cum spe vlceribus, nunc huic, nunc illi apponens, intra vnam hebdomadam, integerrimam pedum sanitatem recepit; totum id iuramento comprobare paratus.

*Animam  
prope  
agens sa-  
pientia re-  
stituta.*

6. Nobilis Virgo, Anna Wolinska, morbis ita pressa, vt aliquoties iam iam animam agere videretur, (dum quidam Nobilis illi ob eius probitatem apprimè addictus, pro ipsa supra sepulchrum Patris Gasparis, preces sudisset, proque intercessione praestanda, & sanitate impetranda, tabellam argenteam Patri Gaspari adpromisisset) inopinatò incolumitati restituta est, promissumque adimpleuit.

7. Magnificus Dominus Bard-  
ski,

*Per P. Gasparem impetrata.*

341

ski, in grauiſſimis animi difficul-  
taribus, anguſtiſſique conſtitutus,  
cùm aliundè remedium non ſuppe-  
teret, ſuppeticas coram DEO, Patris  
Gasparis expetiit, breuique ingenti  
malo animæ expeditus, binas  
argenteas tabellas, (bis  
enim eo malo impe-  
titus) Patrono ſuo  
deuouit.

## PROTESTATIO Auctoris iterata.

**A**uerte Lector, in Vita Patris GA-  
sparis Druzbicki, quam hoc libro  
complexus ſum, nonnulla me attingere,  
qua Sanctitatem illi videntur adſcri-  
bere: perſtringo quoq; aliqua, qua mi-  
racula videri poſſunt, Illustrationes, Re-  
uelationes, & ſimilia. Verùm hæc o-  
mnia ita Tibi propono, vt nolim à Te  
accipi, tanquam ab Apoſtolica Sede exa-  
minata, atq; approbata; ſed tanquam,  
qua à ſola ſui Autoris fide pondus  
obtineant; atq; adeo non aliter, quàm  
huma-



## Protestatio.

*Humanam Historiam. Proinde Apostolicum, S. Congregationis S. R. E. Vniuersali Inquisitionis Decretum, Anno 1625. editum, & Anno 1634. confirmatum, integrè atq; inuiolatè, iuxta declarationem eiusdem Decreti, à Sanctissimo D. N. Urbano Papa VIII. Anno 1641. factam, seruari à me omnes intelligenti nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam, per has meas narrationes illi arrogare, vel famam aut opinionem Sanctitatis inducere, seu augere, nec quidquam eius existimationi adiungere, nullumq; gradum facere ad futuram aliquando eius Beatificationem. vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem. Sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusà hac mea lubricatione obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quam decet eū, qui Sanctæ Sedis Apostolica obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua scriptione, & actione dirigi.*

DANIEL PAWLOWSKI

Sacerdos Theologus

Societatis I. E. S. V.

E R R A T A

Pag. 36. v. 22. extraordinarij.	l. extraordinarij.
Pag. 40. v. 11. beueficij.	l. beneficij.
Pag. ead. v. 18. dinino.	l. diuino.
Pag. 59. v. 11. ex templo.	l. extempld.
Pag. 61. v. 23. copore.	l. Corpore.
Pag. 64 v. 3. contusti.	l. contulisti.
Pag. ead. v. 17: meipſius.	l. meijpſius.
Pag. ead. v. 27. progreſſus.	l. progreſſus.
Pag. 66. v. 11. humilimè	l. humili. limè.
Pag. 77. v. 21. adq;	l. atq;
Pag. 80. v. 20. Prouïcialiatu	l. Prouincialatu.
Pag. ead. v. 22. Prouïcialiat <sup>o</sup> .	l. Prouincialatus.
Pag. 90. v. 5. empus.	l. tempus.
Pag. 98. v. 15. poſt modum	l. poſtmodum.
Pag. 103 v. 13. eſt.	l. ex.
Pag. 105 v. 18. pre cor.	l. precor.
Pag. 108. v. 8. Contionem.	l. Concionem.
Pag. 110 v. 3. facilis.	l. facilius.
Pag. 129. v. 16. ſpectectetur.	l. ſpectetur.
Pag. 135. v. 14. eſi	l. eſt.
Pag. 141. v. 15. magnitudinæ.	l. magnitudine.
Pag. 144 v. 5. Pfamis.	l. Pfalmis.
Pag. 147. v. 3. Ordidinis.	l. Ordinis.
Pag. 156. v. 4. ſrangebat.	l. frangebat.
Pag. 159. v. 20. Bachanaliū.	l. Bacchanalium.
Pag. 181. in marg Mrrtificatio.	l. Mortificatio
Pag. 209, v. vlt. deceruit	l. decernit.

Pag.

*Errata.*

- Pag.* 225. v. 23. Pretiosissimæ. l. Pretiosissimæ.  
*Pag.* ead. v. 25. puculiari. l. peculiari.  
*Pag.* 232. v. 2. nocte. l. nocte.  
*Pag.* 241. v. 25. despōsationis. l. despōsationis.  
*Pag.* 252. v. 8. illi. l. illi.  
*Pag.* 261. v. 27 fruenedi. l. fruendi.  
*Pag.* 273. v. 13. honotem. l. honorem.  
*Pag.* 279. v. 3. erāt. l. erat.  
*Ibidem.* v. 11. erat. l. erant.  
*Pag.* 282. in marg. graiiam. l. gratiam.  
*Pag.* 283. v. 15. ipsimet. l. ipsemet.  
*Pag.* 289. v. 26. ofruore. l. feruore.  
*Pag.* 295. v. 18. iuuitabat. l. inuitabat.  
*Pag.* 298. v. 5. iudicaria. l. iudiciaria.  
*Pag.* 303. v. 10. mensiuam. l. mensium.  
*Pag.* 311. v. 12. bes. l. habes.  
*Pag.* 316. v. 20. peccatorum. l. peccatorum.  
*Pag.* 329. v. 18. Perllustris. l. Perillustris.

A.

M.

D.

G.





DECADES<sup>i</sup>  
ACTVVM  
HEROICORVM,

P. GASPARIS DRVZBICKI,  
SOCIETATIS IESV,

Per dies Hebdomadæ dispositorum.

DECAS  
DIEI DOMINICÆ,  
Sanctissimæ Trinitati Sacra.

1. Sanctissima Trinitas, per Viscera Bonitatis Tuæ,  
Smiserere mei sicut scis, & vis, & imple to-  
tum gustum voluntatis Tuæ, in me, & in omni  
Creatura.

2. Totâ mendicitati meæ abysso, Tibi Sanctis-  
sima Trinitas, per VERBUM Incarnatum IES-  
VVM, eiusq; Pretiosissimam Parentem, supplico, pro  
omnibus & singulâ Boni Tui: nihil enim sum  
mibi sine Te Domine, nisi dux in præcep.

3. Sanctissima Trinitas, offero Tibi ad omnem  
nutum & gustum voluntatis Tuæ, paratum cor  
meum: vt in illo Domine, tanquam rasâ tabulâ  
tanquam

tanquam cifra, tanquam calculo, tanquam alphabeto, & forma, Tibi laudem, quam scis, & vis, & potes expressam habeas.

4. Volo Domine,, & peto, ex voluntate mea deliberata, facere & pati omnem voluntatem Tuam, ad voluntatem Tuam, in omni specie, Individo, Circumstantiâ, atomicè, omnipossibiliter.

5. In Te DEVS meus Sanctissima Trinitas, iactatio mea semper, in Te spes mea tota; ideo negligo me in Cura Tua, totaliter, & plenè, ante omnes curas, & media, & fines: post omnes curas, media, & fines.

6. Quidquid hactenus propter Te Domine passus sum vel feci, totum nihil omnino & vanitas est. Vis maiora, & perfectiora à me Domine, da quod iubes, & iube quod vis.

7. Omnes omnium Creaturarum Substantias, Potentias, efficacias, actûs, affectûs, circumstantias bonas, mihi ô Sanctissima Trinitas proprio, atq; assumo, & meipsum vnum cum illis, quoad fas, efficio: atq; ita me cum omnibus, & omnes mecum, pro me & pro omnibus, in Tuum omnimodum amorem, honoremq; exerceo, & sacrifico.

8. Omnibus parti corporû mei, omnibus tormentû ossium meorum, omnibus atomis mei, omni capacitate meâ, vtramq; substantiam meam, quam à Te Sanctissima Trinitas, DEVS meus, habeo,  
in Te,

## Actuum Heroicorum.

3

in Te, inq; Tui amorem, ignitissime eiaculor, & impetuossissime explodo, & accensissime concremo, atq; holocaustifico. Ad omnem quidem gustum Tuum, sed nominatim ad supplendas omnes meas, & omniu Creatura omissiones, imperfectionesq;, in Te glorificanda commissas. vt quantum ex me, sit Tibi DEO meo laus plenissima, Charitas perfectissima, exaltatio omnimoda, ab omni Creatura, & à me, semper pro semper.

9. Ignitissime DEVS, ex omni, & pro omni obiecto, quod in Cœlu, quod in terris, quod in Inferis est, omnitudinem Tuam, omnitudo mea, omnitudine Seraphicâ, MARIANA, amat, adorat, benedicit, millies, millies, milliesq;, maiori proportione feruorû, iuxta totam Amabilitatem Tuam, iuxta totam amatiuitatem meam, & Creaturatum, obiectorumq;, omnium.

10. Amo Te Sanctissima Trinitas, DEVS meus, amore, feruoreq;, & zelo omnipossibiliter ignita Charitati: Tu scû Domine viscera mea: cupio Tibi, quod me cupere vû & das Tibi: quod quia quantum ex me, minutulum est, cupio cupiditate Tuâ, peto, vt Tu expleas, saties, sagines Te, laudeq;, Tui, tantum, quantum capax es, quantum dignus es, quantum potens es.



## D E C A S

## F E R I Æ S E C V N D Æ

VERBO Incarnato IESV Christo, Sacra.

1. **V**ERBVM Increatum, & pro nobis Incarnatum, DEVS-HOMO CHRISTE IESV dulcissime, Credo in Te, & de Te omnia, quæ credi iubes. Spero à Te, & in Te per omnia per quæ sperari vñ. Amo Te super omnia, super quæ amabilis, & amandus es. Adoro Te Summitatem. & Principem Vniuersorum. Æstimo Te atq; dignifico, secundum omnem dignitatem Tuam diuinam, idq; tam sub ratione VERBI Increati, aternaq; Sapiencia, quàm sub ratione VERBI Incarnati, Incarnataq; Sapiencia.

2. VERBVM Incarnatum, aterna Sapiencia CHRISTE IESV, subijcio me Tue diuino-humana Maiestati, tam meo, quàm omni Creatura nomine, omnem illam in hunc finem, mihi insubstantiando, & impersonando, omneq; omni Creatura actiones, passiones potentias, obligationes mihi appropriando, ac simul in Te DEVM, VERBVM Incarnatum exercendo: ideo quia Tibi hæc totalis subiectio nostra debita est, ob diuinitatis naturam, & ob Incarnationis meritum.

3. VERBVM Incarnatum, aterna Sapiencia IESV CHRISTE, in presentia, & honore Tue

## Actuum Heroicorum. 5

augustissima Maiestatu Incarnata, & exinanita pro nobis, omnem meam omnipossibilitatem Seraphicâ, MARIANA, omnimodâ omnitudine effundo, atq; annihilò, exinatio: vt hac omnificâ exinanitione meâ propter Te, restaurem adimpleamq; exinanitionem, Tuam: utq; tantû entificerû, locupletèr, magnificerû, pro mea parte, quantum exinanitus, annihilatus, vilificatusq; es in propria Tibi Maiestate, ac Diuinitate, propter me & omnes nos.

4. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapientia IESU CHRISTE, super solium excelsum, & eleuatum sublimior omnibus Seraphicu Creaturu sedens, Te affectu humillime venerationis, & dilectionis, corde Seraphico inclamo; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEVS Sabaoth, plena est omni terra Maiestatu gloria Tue. Te quoq; affectu tenerè sponsali, cum, & simul pro vniuersa, Aeterna, Increataq; Sapientia Societate complector, constringo, amo, atq; me Tibi in Ministrum, in discipulum, in Tirone, in sodalem, in sponsum, pleno iure, corde, ratione, modo, trado, & consigno.

5. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapientia, IESU CHRISTE, ô quàm erubesco, & compungor, quòd Te adeò parùm amemus, glorificemus, imitemur, bonû, meritûq; Tui nullatenus grati viamur, salutem nostram, hoc est pretiû Tue Incarnationis, Tue vite, Tui laboris, Tui sudoris, Tue Passionis,

Tuæ Crucis, & mortis, profitemur, atq; conculcemus. Ea propter ex nunc, semel pro semper omnem Creaturam. omnemq; creatum affectum possibilem mihi adsubstantiando, & appropriando, Te & VERBUM incarnatum, æterna Sapientia IESU, totâ istâ Entitatî, & affectionis omnitudine, affectioni Tuæ Theandricæ in Te coniunctâ, amo, laudo, æstimo, gratiarum actione dignifico, postulans à Te dulcissimo bonorum nostrorum omnium fonte, vt me omnesq; mecum pariter indigos, & indignos, à suauissimis omnium nostrum Nutrici, Gratia scilicet Tuæ vberibus nunquam excludas, sed tanquam infantulos Filios Tuos, eum semper pascas: sine Te enim & sine Gratia, meritumq; Tuum nihil possumus, nihil valemus, nihil habemus, nihil sumus.

6. VERBUM Incarnatum, æterna Sapientia IESU CHRISTE, omnia & singula instantia totius vite Tuæ, in Mundo, & in Cælo, cum omnibus diuitijs Tuâ, in Te ex vnione Hypostaticâ. Personâq; diuinâ, & quocunq; alio modo resultantibus, in solam, vnicumq; anima, & corpori mei thesaurum deligo, Teq; hac eadem Charismatum Tuorum multitudinem, totaliter, & omnipossibiliter, ac dignè Te, adequatèq; (quoad fas mihi) ad Te, amo, adoro, mihi (uperinduo, me accendo, informo, indiuiuo. Te deniq; omnium Bonorum, votorum, spei, cupiditatium,



## Aetuum Heroicorum.

amorum meorum centrum, sedem, quietem, gazophylacium constituo, & sepulchrum facio.

7. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapientia, IESVCHRISTE, Tuâ capacitare, Tuoq; corde Sanctissimâ Trinitatē, Tuam Humanitatem, eiusdem Pretiosissimâ Parentem, insuper omnes Angelos & Sanctos, deniq; omnes Creaturas, cum omnibus earum circumstantijs, iuxta cuiusq; meritum, & gradum, iuxta Tuum placitum, & sensum, amo, & ex Te omnium rationes, causas, fines desumo, formo, teneo.

8. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapientia IESVCHRISTE, ecce ego coram Te instar catelli, pedes Tuos sacros lambos, vestigia pedum Tuorū odoror, & adoro, micās gratiarum, miserationumq; Tuarum. de diuite Tua mensa cadentes colligo; meq; Tuū Sanctissimis pedibus, tanquam scabellum subiicio, & suppono, semel pro semper, & pro omni aeternitate.

9. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapientia IESVCHRISTE, coram tota rerum Increatearum, Creatarumq; vniuersitate profiteor, quod tantum ego vilissimus sim. quantum Tu dignissimus es: & ideo quantum Te dignifico, tantum me vilifico, Te propter Te; me autem propter Te, & me: ut scilicet exalberū Tu, quia dignus es: vilificer autē ego, quia digno vilificatione sum, & quantum dignus sum.

10. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapientia  
 IESV CHRISTE, me, & omnia mea in Te sepelio.  
 Instantibus vita Tua, instantia vita mea implanto.  
 Instanti mortu Tua, mortu mea instans in sero, re-  
 tractans omnes & singulas imperfectiones meas,  
 quoum modo, à me ipso, vel ab alio occasione mei  
 commissas: ratificans verò omnes bonitates atq; per-  
 fectiones, à me, vel ab alijs occasione mei, vel cu-  
 iusum alterius rei factas, quocunq; modo, tempore,  
 sensu, gradu, capacitate latitudine, circumstantiâ:  
 retractans inquam & ratificans ex merito Tuis  
 condienſq; omnia, corrigens, irrigans, fermentans  
 ex Bonu vita Tua, ac mortu.

D E C A S  
 F E R I A E T E R T I A E.  
 Sanctissimæ Trinitati Sacra.

1. **O** Sanctissima Trinitas, desidero Te DEVM,  
 & summum, & omne bonum meum, deside-  
 rijs omnibus meum, quacunq; ego iuxta omne placitum  
 Tuum, elicere totâ substantia mea, capacitate pos-  
 sum, tam in genere, quam in specie, quam in nume-  
 ro desideriorum. Intelligendo desiderij, & desidera-  
 tionis nomine, omnem alium pium affectum in Te  
 Dominum meum, Fidei, Spei, Timorû, charitatu,  
 estimationis, adorationis, resignationis, subiectionis,  
 Orationis, gaudij &c.

2. Neq;

## Actuum Heroicorum. 9

2. Neq̄ solum Te hu desiderijs meū desidero, sed etiam omnium singularumq̄, Creaturarum, etiā possibiliū, omnibus genere, specie, numero, possibilitate distinctū desiderijs: præcipue verò omnium Sanctōrum Tuorum, tam hominum, quàm Angelorū, tam Pretiosissimæ Parentū, quàm Sanctissimæ IESU CHRISTI Humanitatū, omnibus absolutim erga Te Sanctissimam Trinitatem desiderijs, præteritū, præsentibus, futurū.

3. Idq̄, in omni istorum omnium desideriorū intensione, in omnibus intensiois gradibus ab omni & singulā Creaturā, etiam atomicè sumptā, & etiam ab ipsa Pretiosissima Parente, IESU Q̄ CHRISTI Humanitate elici possibilibus, tanquā actu, defacto, in præsentī, nunc, pro omni temporū momento, semel pro semper eliciti, in millies, millies, infinities maiori, possibili, omnimoda proportione.

4. Neq̄, in intensione solum, sed etiam extensione desideriorum, omnium & singulorum: intensione inquam, per omnia, & singula subiecta desideriorum, perq̄, atomos, & indiuisibilia spiritualia, & corporalia: tum verò extensione ad omnia loca, & spatia etiam imaginaria, ad circumstantias, & atomos spatiorum, locorum, reliquarumq̄, circumstantiarum DEO possibilium: extensione quoq̄, ad omnia tempora, & ad omnia omnium temporum instantia: ad omnia quoq̄, momenta Æternitatis, tam ante, quàm post.



5. Præterea intentione, & motiuo, & obiecto, & ratione desiderationis, omni quidem possibili Tibi DEO meo, atq; complacitâ. sed nominatim illâ omni, propter quam Tu ô Sanctissima Trinitas es desiderabilis, & desideranda in Te, & per quam nos sumus, aut esse quouiu recto modo possumus desideratiui Tui, & desiderantes Te: siue illa ratio, ac intentionis motio sit aliquid ad intra in Te, & ipse Tu, siue sit, aut esse possit aliquid ad extra diuersum à Te, sed tamen profectum à Te, & propter Te.

6 Et cupio hunc actum à me, & ab omni eo, quodcunq; Tu non es, mihi voluntate charitatu mea insubstantiato, in omni atomo sui. & in omni circumstantia, spectato, replicari, & repeti.

7. Immo quantum in me, replico, repeto, & repeti gaudeo, mihiq; ex hoc propter Te complaceo, omnipossibiliter, in singula, per omnem Æternitatem momenta, tantum, quantum Tu ô Trinitas DEVS, & nos omnes Creaturae Tuæ desiderare volumus, debemus, possumus, quia Tu dignus es, & quia nos debemus, & quia nos adiuuante, immò dante, & faciente Te nobiscum, & per nos, possumus.

8. Communicando hunc actum, inprimis IESV Christi Domini nostri omnibus meritù, & gratis, vnâq; Pretiosissima Parentis. & Sanctorum omnium, ad IESVM Christum, Incarnatum, Increatamq; Sapientiam. VERBUM DEI Filium, tanquam ad Caput pertinentium, inintercessionibus. 2 De-

Actuum Heroicorum:

II

9. Deinde vniuersa Diuinitatū Tue, ó Trinitas DEVS, Bonitati, & bonitatū Diuinitati, atq; dignissima, & Substantialissima Dignitati.

10. Ad gloriam omnimodam, & omnipossibilem, & omniparem Patrū aterni Ingeniti VERBI Filij Increati, Incarnati, & vnigeniti: Spiritūs Sancti, ex Patre Filioq; procedenti, ab omni aternitate, & in omnem aternitatem, & vltra.

D E C A S

FERIÆ QVARTÆ,

Preciosissimæ Parenti, Virgini M. A.

R I Æ Sacra.

1. **A**ve Filia DEI Patrū. } Hic 4 versibus In-  
 Ave Mater Filij DEI. } dulgentia plenaria  
 Ave Sponsa Spiritūs Sancti } adnexa est quoties  
 Ave Templū Sanctissima Tri- } recitantur adiecto  
 nitatū. } Pater & Ave.

2. Preciosissima Parens, coram Sanctissima Trinitate, & IESV Christi Humanitate, trade me Tibi in mancipium, in Filium, in hereditatem, in heredem: Te autem mihi eligo & assumo, in Dominam, in Matrem, in Heredem, in hereditatem, pro omni aternitate.

3. Preciosissima Parens, asumo Te super omnia DEO minora, solo DEO minore, idq; ideo, quia in

Te

TERNA, plus DEI, Tui vnus plus in DEO est,  
 præ omnibus Creaturæ simul sumptis.

4. Pretiosissima Parens, gratulor Tibi, Te apud  
 DEVM, ex DEO, per DEVM, esse id quod es, cu-  
 pioq; Te id esse, amplius, & amplius, quantum Di-  
 uino, & Tuo gustui placet: & quidem cupio in  
 omnem eternitatem.

5. Pretiosissima Parens, protestor coram DEO,  
 quod glorie Tuæ integritatem redimere, augmen-  
 tumq; illius procurare cupiam. & paratus esse velim:  
 dignumq; esse iudicem, etiam cum meipsum, etiam  
 cum totius Creaturæ (exceptâ IESV Christi Hu-  
 manitate) iacturâ in quantum id Gustui Diuino  
 conforme est, aut esset.

6. Pretiosissima Parens, est quidem id per præ-  
 sentem ordinem rerum, apud DEVM impossibile;  
 vt ego Te, in Gratia, & Gloria diuina donis exce-  
 dam. Si tamen id possibile, & in manu mea esset.  
 Nollem, protestor, id esse, sed cuperem, atq; etiam,  
 quantum ex me facerem, Te tam meipso, quam o-  
 mni Creaturæ, superiorem, digniorem, gratiosiore,  
 gloriosiore, iuxta DEI placitum, Maternitatuq;  
 diuina condignum.

7. Pretiosissima Parens, vniuersam diuina vo-  
 luntati, atq; Sapientia, de Te dispositionem, omni-  
 modè amo, atq; approbo; eamq; tam DEO, quam  
 Tibi congratulor, præcipuè autem illa super omnia  
 veneror,



## Actuum Heroicorum. 13

Veneror, & amo, & approbo circa Te à DEO ordinata, in quibus DEVS ipse sibi magis complacet, Tuq; singularius ex DEO honorari, ac exaltari, qualia puto esse, hæc septem. 1. Prædestinationem ad eum, in quo es defacto, statum. 2. Immaculatam ex Adami propagine Conceptionem, cum reliquis eam secuti gratijs. 3. Filij DEI ex Te Incarnationem. 4. Immensitatem dolorum, & virtutum Tuarum, in Filij morte. 5. Glorie consummationem supra omnes Sanctos in Cælo. 6. Plenitudinem Potestatis, præsertim patrociniatue, quoad homines adiuuandos in terra. 7. Amabilitatem deniq; & asstimabilitatem, iuxta quam ab hominibus appetiari, & amari deberes.

8. Pretiosissima Parens, vsq; adeo mihi complacito, in Cura, & Patrocinio Tuo circa me: inq; amore, & studio meo erga Te: vt si vellet DEVS (quod vtiq; non vult) me saluare, & perficere, & glorificare, sine interuentione Tuapro me, & sine cultu, amoreque Tui à me; velim petere humillimè à DEO, vt non nisi iuxta voluntatem, atq; charitatem Tuam saluarer, perficerer, atq; glorificarer: nolo enim vllum Bonum temporale, aut æternum habere, quod non meritū Tui ò Pretiosissima Parens, veritate iubente cogar, me Tibi per omnia post DEVM, & Christum IESVM, profiteri debere, iuxta DEI voluntatem, atq; saluo in omnibus diuino eius gustu.

9. SAN-

9. Sanctissima Trinitas DEVS meus, id solum à Maiestate, & Bonitate Tua, ego vermiculus postulo, quod mihi abs Te Pretiosissima Parens MARIA precatur: protestorq̄, omnes meas postulationes ad Te, sub hac semper conditione ferri, & offerri: si postulationes meae primum quidem diuina voluntati, deinde verò Pretiosissima Parentis intercessionem pro me, sunt conformes.

10. Pretiosissima Parens, per Te coram Sanctissima Trinitate protestor, quod hac tria sint Summa omnium votorum, & orationum mearum ad DEVM.

1. Domine Fiat voluntas Tua in me, & in omnibus sicut scū & vū. 2. Fac me VERBO Incarnato, IESV Christo crucifixo conformem, sicut scū & vū. 3. Da mihi Pretiosissima Parentis amorem omni maximo amore maiorem, propter amorem Tui, & Christi, & ipsius MARIE in æternum.

D E C A S  
F E R I Æ Q V I N T Æ,  
V E R B O I n c a r n a t o S a c r a .

1. **O** VERBUM Incarnatum, æterna Sapientia, IESV Christe, os ex ossibus meū, & caro de carne mea, reminiscere nunc & semper istius superdignatissima dignationis Tue, quam pro me, incarnando Te, subiisti: & secundum eius magnitudinem miserere mei.

2. VER-

## Actuum Heroicorum.

17

2. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiencia IESV Christe, per illum amorem Tuum, ex quo Carnem assumpfisti pro me, incipe tandem aliquando vivere in me: ut sic vnus spiritus cum Tua Diuinitate, vnum verò Corpus cum Tua Humanitate esse possim in aeternum.

3. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiencia, IESV Christe, trahere me ad Te, extractum ab omni amore, & adhaesione Creaturarum, & ab omni proprietate iudicij, voluntatiq; meae, ab omni quaestione, & requiescentia in donum Tuum, etiam spiritualibus. Extrahere me o VERBUM, extrahere obsecro totum plenè ex me, & à meipso, & induc me in purum, in excessiuum, in absorptiuum, in Tui-formem amorem Tui.

4. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiencia IESV Christe, in anima mea, & in corpore meo, liberrimè, atq; absolutissimè operare, & elabora, vnà cum Cooperatrice Pretiosissima Parente, Virgine MARIA, ista omnia, quacunq; ab aeterno, tam in agendo, quam in patiando, mecum, & de me facere disposuisti, iuxta suauissimum beneplacitum Tuum, & Matrù Tue. Volo omnem penitus, & quantumlibet annihilatiuam mei, Tuam in me, ac de me, internam, vel externam sustinere operationem. Nominatim verò cupio, ut opererù Tu, Materq; Tua, in me, & in omnibus meis, quos nosti,

& V4



& vultu, augmentum, constantiam, & efficaciam  
feruorū, dulcedinū, luminū, & indiuationū.

5. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiētia,  
IESV Christe, quando, ó quando! euibratū Diui-  
nitatū Tuæ radijs, transradiatus ego, Tibi soli,  
& Te solum lucere incipiam? quando flammū Tuæ  
Theandricæ Charitatū transflammatū ego, Te so-  
lo, & Te solum ardere incipiam, nunc quidem  
intempore, deinde verò posthac in tota aeternitate.

6. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiētia,  
IESV Christe, ad Te cunctū viribus animæ meæ le-  
uatā, totā omnitudine meā, in Te vnico Bono de-  
fixā, Tibi soli vacare, Tibi soli intendere, Te so-  
lo viuere, Te solum spirare, atq; operari, Tui sua-  
uissimū subesse ordinationibus, frui amoribus, im-  
plicari amplexibus, placet, perplacet, superplacet.

7. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiētia,  
IESV Christe, include, absconde, sepeli me in in-  
timū Tui medullū Dignationum Tuarum, & in  
abscondito Diuinitatū Tuæ, in quibus tam profundè  
me immerge, & absorbe, vt omnium, præter so-  
lum Te, plenè oblitus, etiam meipsum nunquam  
inueniam.

8. VERBUM Incarnatum, aeterna Sapiētia,  
IESV Christe, relinquo caterū gazophylacium me-  
ritorum Tuorum immensorum, vt ex eo per Te  
ditentur pro mensura beneplaciti Tui: ego ob-  
secro,

Secro. ut mihi reseruetur, & reseretur thesaurus micarum, & dignationum Tuarum minimarum, tam internarum, quam externarum, quibus solite, induar, vestiari, orner, consigner. & stemmatifer, sint mihi óVERBUM DEI-passive Dignationes Tue, (paupertas, stultitia, contemptus, dolor, obliuio, ingratitude, & quidquid in Te, Tui vilificatiuum, vilissimumq; est) vnicus, solus, peculiaris thesaurus meus, quo contentatiuè explear, & ditificer, in Cælo, & in terra, in tēpore, & aternitate

9. VERBUM Incarnatum, aterna Sapiencia IESV Christe, deduc. & demitte me in abyssum amorphosissimi Cordis Tui, ut in eo videam seriem continuarum de me, ac per me, apud Patrem Tuum Curarum, appropriatarumq; ad vnum me proidentiarum. O quando licebit hū pasce intuitiuè & quando dabitur ex affectu gratiarum actionū colligere, ac dissolui!

10. VERBUM Incarnatum, aterna Sapiencia IESV Christe, benedicat Te Diuinitatū Tue virtus & gloria, benedicat Te exinanitio Maiestati Tue, benedicat Te assumptio Humanitatu nostra, benedicat Te experientia miseriarum nostrarum, benedicat Te sustinentia miseriarum nostrarum, benedicat Te sustinentia compassiua peccatorū meorum, benedicant Te omnes Humanitatis Tue labores, dolores, virtutes, gratia, merita, dignationes, benedi-

cat Te vniuersa operum Tuorum Theandricorum collectio, & adunatio, benedicat Te denique Tui Corporis, animæq; glorificatio, & cum Patre, Spirituq; Sancto regnum æternum, in omnia secula seculorum.

D E C A D A  
F E R I Æ S E X T Æ  
V E R B O I n c a r n a t o, I E S V C h r i s t o  
P a t i e n t i S a c r a .

1. **V**ERBVM Incarnatum, IESV pro me passe, sanguinolente, de Cruce pendule, totus, vulnus, totus vir dolorum effecte (& quidem per peccata mea) peto à Te constitutus coram Te: Ut me Tibi conformes prout scis, & vis: faciasq; me fundere Sanguinem meum pro Te, qui Tuum sudisti pro me.

2. O mi IESV, VERBVM in carne patiens: quàm erubescit coram Te omnitudo mea! nosti illam Domine: scio quantum distet à Te, quàm fit dispar Tibi, per omnia quidem, sed maxime Tibi Crucifixo, contempto, stulto, pauperi &c.

3. Æterna Sapientia, IESV Crucifixe, ecce ego cum omnitudine mea coram Te. Suggere mihi dubio consilium bonum; Quid me vñ facere, de Te, de me, à meñ quibus me seruire iussisti.

4. Loque-



## Actuum Heroicorum.

19

4. Loquere *ô* VERBUM Incarnatum, loquere tot linguâ, quot plagâ, tot verbis, quot guttis, tot oribus, quot vulneribus, loquere ad animam meam, & erudi cor serui Tui in lege Tua. audit enim seruus Tuus.

5 IESU inimicorum amator, & eos amandi præceptor, coram Te in Cruce, pro omnibus Tuis hostibus orante, ignosco ex corde pleno (sci quod mentiri nolim) omnibus meâ, quocunq; modo & prætextu aduersarijs, eosq; actu in præfenti, tenerè tanquam Tua membra complector, & per illorum merita, ac preces peto à Te, cõformis Tibi crucifixo charitatû, nec non omnû Boni mihi necessariû, Tibi verò placiti, augmentum. Quem eundem aff. Etum totum induo ex nunc erga omnes etiam meorû amicorum aduersarios.

6. In Tuo DEVS VERBUM, IESU mi, Sanguine pretioso, intingo omnia, & singula opera, negotia, personas, res meas; vt quidquid agam, patiar, loquar, quouis sensu vsurpabo, sanguinem Tuum mihi redoleat, & propter Sanguinem Tuum pretiosum mihi apud Te euadat.

7. In balneo Sanguinû, sudorû, lachrymarum, Vulnerumq; Tuorum mi IESU, baptiso & immergo me totum, & omnes meos, & omnia mea: vt in fontibus, balneûq; Tuis, ego cum omnibus meâ purificer, quia immundus: calefiam, quia frigidus: conforter

quia infirmus: dignificer, quia vilis: dotificer, quia pauper & egenus sum: saner, quia morbidus: viuificer quia mortuus sum.

8. MILES VERNES ACTU TAM MEOS, QUAM ALIENOS, QUOCUNQUE, MEDO BONOS, IN VULNERE CORDIS TUI DEONO, UT IN EO DETENTI, ATQUE SUBLIMATI, PER TE, & PER MATREM TUAM SACRATISSIMAE TRINITATI, PRO ME, PROQUE OMNI CREATURA OFFERANTUR.

9. O MI IESU, DEVS HOMO PRO ME PASSE, ECCE OMNITUDO MEA ARDET, AFLUAT, FLAMMESCIT IN TE, TOTAE SE. EXERIT QUIDQUID POTEST, QUANTA QUANTA EST, TOTA IGNE SCIT, & EBULLIT IN TE, AD TE, DEFICIT TIBI & IN TE, USQUE AD DEFLECTIONEM, USQUE AD LANGUOREM, USQUE AD DELIQUIUM, AD VLTIMUM VIRIUM SUARUM TERMINUM.

IO. VULNERA TUA DEVS VERBUM, IESU PASSE, SUNT VITA, OPUS & OCCUPATIO MEA, SUNT LABOR, PASTUS, & DELECTATIO SENSUUM MEORUM. AURES MEAE AUDIUNT VOCEM, & CAUSAM VULNERUM TUORUM. OCULI MEI MENSURAM, & SPECIEM, & DECOREM EORUM INVENTUR. GUSTUI MEO FRUCTUS EORUM DULCIS EST SUPER MEL & SAUUM. TRAHUNT ME POST SE ODORE VNGUENTORUM, ODORE SUAVISSIMO, ODORE SUPER OMNIA AROMATA FRAGRANTIORE. INSUPER DELECTANT ME, EXORNANT, VESTIANT, RURIFICANT, ATTACTU, & VESTITU, & CALORE, & SPOILLO SUO. SED & DOMUS QUOQUE MEAE SUNT, & TABERNACULA SACROSANCTISSIMA, SUNT PETRA REFUGII, SUNT GYMNASIUM SAPIENTIAE, SUNT PROPUGNACULA MEAE, O MI IESU  
SINE

sint etiam sepulchrum meum, sint requies æterna, sint perditio vite mortaliū istius, sint inuentio & possessio vite secunde, vite secure, vite beate, quæ es Tu ipse: quia Tu es fons, Tu es mare, Tu es abyssus vite, in quam me ego abyssaliter demergo, sepelio, deperdo.

## D E C A S

D I E I S A B B A T I,  
Pretiosissimæ Parenti, Virgini MARIÆ  
dolenti Sacra.

1. **O** Mare dolorum MARIA, verè magna est velut mare, & abyssus. Contritus Tuus, quæcum Domino, pro Domino, & à Domino IESU Christo, Filio, Tuo pateris: idcirco & anima mea renuit consolari, & onerosa est ei omnia consolatio. vnicum est illi solatium pati tecum ò MARIA,

2. **O** mestissima Parens MARIA, immerge me queso in immenso mari dolorum Tuorum, quousque id minus mereor, insunde ergo mihi guttulam Martyrij Tui, eoꝝ condi totam animam, & corpus meum, omnes operationes ac passiones meas; ut in omnibus dolores Tuos sentiam, hauriam, experiar.

3. **O** MARIA afflicissima, satis superq; doloribus inundavit, & aestuavit cor Tuum frivissimum. Ecce ò Mater cor meum, ad excipiendos dolores Tuos



os, & eliberandum ab eū cor Tuum. ô quàm felix ego, si me gratiâ dolorum Tuorum sentiendorum dignari volueri!

4. O cor MARIÆ dolentissimum, Te quidem propter innumeras alias causas, sed potissimum hoc tempore propter dolores Tuos, qui in Te, Passionis IESU Christi tempore, per, horas 64. regnarunt, amo. adoro, veneror, exosculor, quàm possum affectuosissimè.

5. O MARIA desolatissima, confiteor coram Te, aduersum me iniquitatem meam, quòd negligens in compatiendo Tibi. Erubescio Domina, erubescio Mater, erubescio ô sponsa, quòd Te dolentes non doleam ego.

6. O dolentium Regina, ô Caput afflictorum, ô, summarium calamitatum, & penè calamitas ipsa, Virgo Mater MARIA, Tuū doloribus omnes dolores cedunt: præ Tuū amaritudinibus omnia amara dulcia sunt. Et quomodo cor meum subsistit, nec condolendo Tibi, deficit?

7. O dolorosissima Mater MARIA, in abysso dolorum Tuorum demergo omnia peccata mea, & quidquid in me, diuinū, Tuūq; oculis non placet: vt in hoc sepulchro condita mala mea, diuinos oculos non offendant in æternum. Demergo ibidem & omnia diuina dona, mea scilicet bona, vt inde ornata, & perfecta, eò ampliùs diuinos oculos oblectent,

gustumq;

gustumq; recreent, quò ampliùs doloribus Tui in-  
buta fuerint, & condita.

8. O sedes calamitatum Virgo MARIA, sit mihi  
cor Tuum, Schola compatiendi Tibi, & Filio Tuo,  
sit mihi palastra & exercitium patiendi pro Te, &  
pro Filio Tuo. Fac me sapiensem & eruditum, in  
Cruce, & passione, & stultitia Christi, & in dolo-  
ribus Tuis, gladioq; Cordis Tui: Ut Crucifixi Ie-  
su spiritu ebrius, amoreq; saginatus, ac dignationi-  
bus ornatus, verus illius imitator, & socius, in ter-  
ra, & in Cælo inueniar.

9. O Regnum tribulationum MARIA: doleo su-  
per Te Mater mea, doleo, quòd tantù infestetur,  
& inundet cor Tuum malù, vsq; hodie, ab inimicis  
Filij Tui, à Iudeis, Gentilibus, Hæreticis, impijs  
quibuscunq;, & propter hoc peto à Te, vt omni gla-  
dius siue dolorù, siue infidelitatu, siue contemptùs,  
siue blasphemia, in meam priùs adigatur animam,  
meumq; priùs ebibat, siue sanguinem, siue honorem,  
antequam pertingat ad Tuum.

10. O scientissima miseriarum MARIA, in  
Tuis, & pro Tuis acutissimu doloribus maior, &  
mori concupisco. Instans mortù meæ doloribus Tu-  
is, & doloribus Filij Tui commendo, committo,  
communio. Animam meam, in mortù meæ arti-  
culo, in manus Tuas deponere, atq; per easdem co-  
ram Filio Tuo, Iudice meo, presentatam compa-  
rere volo.

## Actus virtutum Theo-

logicarum, & Moralium,  
pro opportunitate eliciendi.

**S**ancta Trinitas vnus Deus, in ad-  
iutorium meum intende.

*Fidei.*

1. Credo Te Domine: credo in Te, de  
Te, omnia per Ecclesiam reuelata à Te &  
Prima veritas! toto me.

*Spei.*

2. Spero Domine Te. & à Te, confido  
in Te, & in Tua misericordia, in auxi-  
lijs, & promissis Tuis, & in Christi  
merito, toto me.

*Charitati*

3. Amo Te summum Bonum super o-  
mnia. Toto Te. Toto me. Amo meipsū  
propter Te. Amo omnem hominem etiam  
inimicum, & ingratum, inutilem & igno-  
tum, sicut ipsum me propter Te. Amo omnē  
Creaturam in Te, & pro omni Creatura  
amo Te. toto me.

*Timoris.*

4. Timeo Te Dominum, percussus a-  
byssali iustitiā Tua. Timeo Te timore  
filiali, sponsali, Beatorum. Quis non time-  
at Te quia pius es. Timeo Te. toto me.

*Adoratio  
nis.*

5. Adoro & glorifico, & super exalto.  
Latreutico cultu, soli Tibi debito. toto me

*Subiectio-  
nis.*

6. Subdo me Tibi aternaliter, & ad  
omnia, toto me.

7. De-



Variarum virtutum.

25

7. Deuocens me, atq; desponsus, quam possim deuotissime omni voluntati Tuae, bone, beneplacite, & perfecte, externe, interne, substantializ, toto me.

Deuotio-  
nis.

8. Gratias Tibi ago eternas, pro omnibus, & singulis beneficijs, & gratijs Tuis, Nature, Gratia supernaturalis, & gloriae, toto me.

Gratiarum  
actionis.

Gaudeo, & gratulor Tibi Totum Te & omnia Tua. toto me. Toto Te.

Gratulatio-  
nis.

Laudo & exalto Te, toto Te, pro Te, & pro me. toto me.

Laudis.

Vilifico, & annihilabo me, coram Te, & coram omni Creatura, propter Te, toto me.

Vilificatio-  
nis sui-  
ipsius.

Confiteor, doleo, detestor, omnem iniquitatem meam coram Te, propter Te. toto me.

Odis pec-  
cati.

Diffido mihi per omnia, & soli Tibi consilio, omniaq; Bona Tibi & attribuo, & restituo, mihi meum nihil reseruo, toto me.

Diffiden-  
tia sui, &  
attributio-  
nis DEO.

Volō Domine ad normam Iustitiae, redere unicuiq; quod suum est, propter Te. toto me.

Iustitia.

In lumine vultus Tui, & ob Prudentiae Tuae rationes eternas, omnia & agere, & pati volo. toto me.

Prudentia.

- Temperantia.** Dominari sensibus, & concupiscentijs  
meis per Tuam gratiam volo semper-  
toto me.
- Fortitudi-  
nis.** Fortitudo mea, & laus mea Tu es  
Domine, Tu me consorta in hac, & omni  
hora, & in Te DEO meo transgrediar  
murum. toto me.
- Religionis** Cultum omnem, & abyssalem reueren-  
tiam tribuo Tibi, quâ digna es Maiestas  
DEI mei. toto me.
- Visionis  
ad merita  
Christi, &  
SS.** Gaudens gaudeo in IESU meo Crucifi-  
xo, & mortuo pro me, & in vnione meri-  
torum eius, & Pretiosissimæ Matræ eius,  
ac electorum eius, agam, & patiar vni-  
uersa semper. toto me.
- Humilita-  
tis** Humilio me. sub potenti manu Tua,  
& sub manu omnis Creaturæ propter Te  
Domine. toto me.
- Castitatis** O Castitas! ô cordis puritas & corpo-  
ri! amo, desidero, voueo Te, Tu Domi-  
ne cor mundum, & corpus castum, crea,  
& conserua in me. toto me.
- Paupertas  
nis.** Omnia quæ mundus immundus habet, ac  
astimat, arbitror, & abijcio, propter Chri-  
stum pauperem, vt stercorea, & detrimen-  
ta, & voueo eidem Paupertatem. toto me.
- Obedien-  
tia.** Obedire & subdi volo ex voto omni  
Crea-

Variarum virtutum.

27

Creatura preposita mihi à Te, propter Te. toto me.

Cupio dissolui, & esse cum Christo, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. toto me. Desiderij  
DEI.

Tabescere me fecit, & facit zelus Tuus, zelus gloria Tua, zelus salutis nostrae. toto me. Zelus

O Domine utinam Te homines nossent, utinam Te norint, ament, asliment, reuereantur, desiderent, laudent, atq; voluntatem Tuam sicut in Cælo, ita & in terra faciant. toto me. Toto Te. Situs ani-  
marum.

Opto anathema esse à Christo, pro Fratribus meis in Christo. opto inferorum portam obturari ipso me, & per me, ne quisquam amplius per illam descendat in damnationem. Eiusdem  
excessus.

Sanctissima Trinitas, IESVS Christus, MARIA Mater DEI, & omnes Electi zui, mei dulcissimi amores: patiar ego mori amore vestri, totus sim vester, nullus meus. toto me. Amoris &  
cultus Ss.  
omnium.

Toto me, semper & ubiq; sit laudatū Sanctissimum Sacramentum. quod ego semper, & ubiq; Latreuticè adoro, recipio, toto me. deq; eius dignitate, cultus, &  
desiderij  
Sanctissi-  
mi Sacra-  
menti.

& digna-



& dignatione exulto toto me: atq; ad eius Consecrationem, & sumptionem, per omnes actiones, & passiones meas meritis & sanguini IESV Christi coniunctas, desidero, peto, propono. toto me.

*Confusio-  
nis, & a-  
biectionis  
summissimae.*

Confusio, & abiectio, & supplicium inferni, mihi vilissimo peccatori. Ter sancta Trinitas miserere mei. sicut potes. scis, & vis, propter Te. nihil enim mihi sum sine Te, nisi dux in praecipua, & malum, & mortem, toto me.

*Perseue-  
rantia.*

Domine, da quod iubes, & iube quod vis. Perseuerantiam in Te iubes: da perseuerantiam; & ego iam perseuerare volo, in omni beneplacito Tuo. toto me.

Toto me gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Gloria Matri Pretiosissima, & Filio, & Iosepho sancto, & omnibus sanctis. Requies aeterna animabus in Purgatorio. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum.

## Gratulatio,

DEI eiusq; Bonorum, DEO.

DEVS meus.

**C**onfiteor, amo, asumo, adoro, glorifico, gratulor Tibi.

Variarum virtutum.

29

1. Tuam diuinam Essentiã, Vnitatẽ, Trinitatẽ.
2. Tuas Processiones ad intra, actiuas, & passiuas.
3. Tuam vitam, veritatem, sapientiã, Intellectũ.
4. Tuam voluntatem, voluptatem, gustum, amabilitatem.
5. Tuam Potentiam, Dominium, Magnitudinem, Sanctitatem.
6. Tuam Maiestatem, Excellentiam, Perfectionem, Dignitatem.
7. Tuam Bonitatem, Caritatem, Pietatem, Misericordiam.
8. Tuam Providentiam, Iustitiã, Rectitudinem.
9. Tuam Immutabilitatem, immortalitatem, Immensitatem.
10. Tuam Æternitatem, Lucem, Pulchritudinem, Dulcedinem.
11. Tuam Gloriam, Beatitudinem, Serenitatem, Abyssalitatem.
12. Tuam Puritatem, Actualitatem, Simplicitatem.
13. Tua omnia, Totum Te, Toto Te, toto me.

Gratulatio,

DEI-HOMINIS DEO-HOMINI.  
DEVS-HOMO Christe IESV, dulcissime  
Redemptor,

**C**onfiteor, amo, aestimo, adoro, glorifico, gratulor Tibi.

1. Tuam DEITATEM, VERBI, & Filij DEI personam, Hominiq; & Filij Virginis Naturam.

2. Tuam vnionem Hypostaticam, & substantialem Sanctitatem, & comprehensoriū perennem, Viatorū verò vsq; ad mortem, statum.

3. Tuam Purissimam Matrem Virginem, ex eaq; operante Spiritu Sancto Incarnationem.

4. Tuam, quam vixisti in Mundo, vitam, mortalem, pauperem, contemptam, laboriosam, passionibus, & cruce plenam, morte Crucis, & sepulturā conclusam

5. Tuam miraculorum operatricem potentiam, & beneficentiam, inuidiā, & odijs compensatam.

6. Tuam Dignitatem Filij DEI, Regis Regū, Domini Dominantium, Lucis Mundi, Principis Pacis, Mediatoris DEI & hominum, Redemptorū, Magistri, Legislatorū, Patrū, Pastoris, Medici, Saluatorū, Summi Sacerdotū, Altariū, Hostiæ, Capiti, Sponsi.

7. Tuam omnem Dignationem, in qua vbi viliior, ibi charior es, omnibus scientibus & amanti- bus Te.

8. Tuam gloriosam apud Inferos victoriā & à mortuū resurrectionem ad immortalitatem.

9. Tuam ad Cælos triumphalem ascensionem, & confessum ad Patrū dexteram, 10. Tu-



Variarum virtutum,

3E

10. Tuam à Te Spiratum, communi spiratione cum Patre, Spiritum Sanctum, eiusq; in Ecclesiam Tuam Missionem.

11. Tuam Ecclesiam militantem, & omnem eius pro Tua gloria, adiuuante Tua gratia sollicitudinem, laborem, agonem, fidelitatem, constantiam.

12. Tuos Sanctos omnes in hoc Mundo, Tibi fideliter seruietes, & honorem Tuum zelantes, nec non Crucem Tuam portantes.

13. Tuam Ecclesiam triumphantem, ex SS. Angelu, hominibuz, constitutam, Te iugiter in Celo amantem, laudantem, fruentem.

14. Tuam Pretiosissimam Matrem, & Virginem MARIAM, Tibi vni in gloria caelesti secundā.

15. Tuas omnes herōicas, exemplaesq; virtutes.

16. Tua merita omnia nunquam in salutem nostram defectura.

17. Tuam omnium gratiarum auxiliantium, & Sanctificantium inexhaustam copiam, & originationem.

18. Tuam, omni aeterna beatitudinū, diuitiarum gloria, in Beatos omnes, pro eorum meritū aeternaturam effusionem.

19. Tuam Diuino-Humanam erga omnes, & omnium erga Te Charitatem.

20. Tuam Theandricam perfectionem, plenitudinuz

32 A Quis variarum virtutum.

dini q. Diuinitati corporalem in Te habitationem:  
rei nec omnium thesaurorum sapientia, & Sci-  
entia DEI abscessio. cm.

21. Tuam iudiciariam potestatem, & gloriam,  
cum qua venturus es iudicare viuos, & mortuos.

22. Tuum sempiternum cum Ecclia in Cælo  
regnum.


23. Tuam cum Sacra Tuâ omnibus, ad a-  
ternum Patrem, in Cælo subiectionem, post finem  
huius sæculi, nullo fine finiendam.


A. M. D. G.











BIBLIOTEKA KÓRNICKA

11302



VITA

Gasparis

Drużbicki

Soc. Jesu.

*Auctore*

D. Pawłowski

*Ejusdem S. J.*